PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DUNATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA:

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS FUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES, SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXXI.

GEORGIUS CEDRENUS.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE, SUCCESSORES
IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 208

1894

TRADITIO CATHOLICA

SÆCULUM XI. ANNUS 1058.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ

ΤΟΥ ΚΕΔΡΗΝΟΥ

ΣΥΝΟΨΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ.

GEORGII CEDRENI

COMPENDIUM HISTORIARUM,

CUI SUBJICIUNTUR

EXCERPTA EX BREVIARIO JOANNIS SCYLITZÆ, CUROPALATÆ.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE

Bibliothecæ Cleri Universæ

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

TOMUS PRIOR.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 208.

1894

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XI. ANNUS 1058

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXXI CONTINENTUR

GEORGIUS CEDRENUS.

Monitum Editorum Patrologiæ. col. 9
Notitia in Cedrenum, ex Leonis Allatii Diatriba de Georgiis. *ibid.*
Caroli Annibalis Fabrotti Epistola nuncupatoria ad cardinalem Julium Mazarinum. 13
Ejusdem Præfatio ad Lectorem. 15
Guillelmi Xylandri Præfatio. 17
Georgii Cedreni Compendium historiarum a mundo condito usque ad annum 1067, cui subjiciuntur Excerpta ex Breviario historico Joannis Scylitzæ, Curopalatæ, excipientia ubi Cedrenus desinit et ad annum usque 1080 pertendentia, quo, dejecto Michaele Botoniata, Alexius Comnenus imperium adeptus est. 23

MONITUM EDITORUM.

Georgius Cedrenus iis scriptoribus accensendus est, qui non propria cogitata scribunt, sed libros aliorum cum aliqua sagacitate exscribunt. Ideo apud multos vapulavit, quasi nihil sibi proprium afferret, sed ex meris latrociniis vixisset. Si tamen res æqui perpendatur, videbit eruditus lector Cedrenum in exscribendis aliis auctoribus aliquod meritum sibi comparasse, et studiis doctiorum etiam hodie posse inservire, tum quia nonnulli ex iis antiquis auctoribus perierunt, et apud solum Cedrenum exstant; tum etiam quia Cedrenus citatur a multis scriptoribus sequentis ætatis, qui libris a Cedreno expilatis carebant. Unde fit ut non raro ad eorum mentem assequendam Cedrenus consulendus sit. Id attendant, precamur, docti lectores qui severius judicium Allatii mox legent, et fortasse mirabuntur Cedreni Historiam in *Patrologia* nostra fuisse admissam. Videbunt etiam Cedrenum nequaquam exscriptum fuisse a Joanne Scylitza coætaneo suo, ut asserit Fabroti, sed eum exscripsisse.

NOTITIA SCRIPTORUM GEORGII CEDRENI.

(Leo Allatius in *Diatriba de Georgiis*, apud Fabric. *Biblioth. gr.* tom. X.)

Georgius Cedrenus, a quibusdam etiam monachus vel sacerdos existimatus, tum quod similis sortis hominibus genus dicendi familiare sequatur, tum quod de religione, et cæremoniis, et vita monastica prolixas disputationes sæpe sæpius interserat, a quibus ipse non dissenserim, dummodo libri titulus, quem ipsi etiam producunt, suspectus non sit. Ab orbe ipso condito compendium suæ historiæ exorsus, ad Stratiotici abdicationem (*a*) deduxit: opus e variis historiis non sententiis solum, sed verbo tenus consarcinatum absolvit. Quæ si ab auctoribus repeterentur, nudus ipse, æque ac cornicula illa remaneret. Primam enim historiæ partem a Georgio Syncello, et Georgio alio Hamartolo, ad Maximianum et Maximinum; cætera ad Nicephorum ex Genico a Theophane Syncelli continuatore, de Basilio Macedone ex Constantini Porphyrogennetæ libro de vita et rebus gestis Basilii Macedonis: a Nicephoro (*b*) ad Stratioticum ipsum, in quo historiam finit, a Joanne Scylitza exscripsit (*c*), et nescio qua fronte pro suis divendidit, adeo ut vix unam alteramve periodum in tam vasto volumine Cedreni propriam ac legitimam reperias. Gratiæ tamen illi agendæ sunt, quod auctores nobis præcipuos et raros suo ipse forte conservavit, quando illi non haberentur; sed cum jam nobis Georgii Syncelli, Hamartoli, Theophanis, Constantini, Scylacis (*d*), aliorumque scripta, accuratissimorum hominum beneficio ac diligentia obtinemus, frustra faciet, qui Cedrenum perquiret: nisi aquarum rivuli, quam fontes, unde emanant, puriores ac dilucidiores, magis accepti fuerint. Editus est hic auctor Græce et Latine ex interpretatione Gulielmi Xylandri, qui annotationes et tabulas chronologicas etiam addidit, Basileæ 1566, in-folio; ita tamen ut paginarum integrarum defectum pluribus in locis sentiat, qui ex manuscriptis in Altempsiana et Vaticana bibliothecis conservatis suppleri poterunt (*e*). Erat quoque in Bibliotheca patriarchæ Constantinopolitani, ut tradit Verderius, et in biblioth. Antonii Augustini cod 131. Hunc aliquando Wolphius, sed quam sano judicio! prætulerat Zonaræ. Zonaras enim, licet in historia post Constantinum Magnum jejunior sit, et nonnisi obvia quæque percurrerit, in his vero, quæ ante Constantinum ad mundi exordia diligentius ac copiosius versatur. Sed quod laude dignum, eaque summa est, Zonaras res de suo componit et narrat, non alienorum furtis plausum captat, neque tractatus integros exscribit.

Josephus Scaliger notis in Chronicon Eusebii de Cedreno illa habet: *Georgius Cedrenus totum chronographiam Syncelli verbatim descripserat, et ex eo atque aliorum chronologorum scriptis ingens volumen contextum* Σύνοψιν ἱστοριῶν *vocavit. Sed ne illud quoque breviatorum manus, librorum præsentissimum venenum, effugere potuit. Plus dico, non breviatores illi, sed mutilatores fuerunt. Nam quæ habemus, non justum illius* Συνόψεως *breviarium est, sed*

(*a*) A. C. 1057.
(*b*) Nicephoro Rangabe.
(*c*) Confer quæ supra, volum. IV, pag. 587.
(*d*) Scylitzæ.
(*e*) Post hæc A. 1644 ab Allatio scripta, Georgium Cedrenum undequaque reparatum et absolutum ex Regia biblioth. typis pariter regiis publico dederunt Parisienses A. 1647, fol., ubi Basileensis editionis lacunæ expletæ, castigata in plerisque a Carolo Annibale Fabrotto Xylandri versio, notæ posteriores Jacobi Goari additæ, Glossarium ejusdem Fabrotti præmissum, et apposita Scylitzæ ad Cedreni historiam continuatio.

potius cadaver, et disjecti membra scriptoris παρεκβολαί, *et excerpta ex eo ingenti volumine sine ullo ordine temporum, aut gestorum, aut delectu eorum quæ aut omittenda aut excipienda erant. Idiotam quidem hunc Cedrenum fuisse, illius scripta clamant, sed pejus et de illo et de tota chronologia meruerunt, qui eum tam crudeli genere lacerarunt. Denique totum Cedreni opus est stabulum quisquiliarum, et cento ex multis pannis sordidis, purpureis, malis, bonis, integris, laceris consutus. Ex ea farragine multa Eusebiana eruimus, quæ ex Georgio Syncello ille excerpserat, et præfato Eusebii nomine producit: multa etiam quæ, quanquam tacito Eusebii nomine, manifesto Eusebiana constat esse tum ex Syncello, tum ex aliorum fragmentorum reliquiis. Non pauca præterea apud eumdem Cedrenum supersunt optimæ notæ analecta, quorum partem Eusebii, partem Africani esse non dubitamus, sed ea, quod, quibus opinionis nostræ fidem faceremus argumenta nobis desunt, malumus intacta relinquere, quam incerta pro certis afferre. Cedreni vero Synopsim arbitramur non multo post ejus obitum mutilatam fuisse, atque ita ab illis librorum carnificibus, ut hodie edita est, posteritati transmissam; quin ne ea quidem, quæ breviatores collegerant integra omnino ad nos pervenisse. Nam Leunclavius vir doctissimus in notis ad Annales Turcicos scribit aliquot Cedreni folia penes se habuisse, quæ in excusis desiderarentur. Nos vero apud Syncellum paginam integram reperimus, et quædam alia quæ in editione vulgata non exstare suo loco demonstrabitur.* Nec dissimilia sunt, quæ apud Vossium *De historicis Græcis* lib. II, cap. 26, leguntur. Acre nihilominus est Scaligeri de Cedreno judicium, et injuriam, qua ipse idiotam, ut supponit, afficit, summis, doctissimis et in historia ecclesiastica proceribus facit: Africano scilicet, Eusebio, Syncello, Theophani, Hamartolo, Constantino Porphyrogennetæ, Scylitzæ et aliis, quos verbatim describit Cedrenus: fateturque ipse Scaliger de quibusdam, de aliis, alii adnotarunt, et potissimum de Theophanis annalibus Dionysius Petavius not. in Nicephori patriarchæ Breviarium historicum: neque enim de suo quidpiam, quod illi prius scripto non tradiderint, scribit. Eusebius Africanum descripsit; Eusebium sine ulla verborum mutatione in suum Chronicon transtulit Syncellus; verba sunt Scaligeri: postea Theophanem et Hamartolum, cum morte præreptus Syncellus opus non absolvisset, Porphyrogennetа deinceps suppeditante materiam Theophanis affinis, et continuator, Theophanem excipit, et rerum seriem prosequitur: a morte Nicephori ad Isaacium Comnenum totus Scylitza proponitur. Quomodo tot tantique viri, et de historia Christiana bene meriti, stabulum erunt quisquiliarum, et panni sordidi ac laceri? An quia de ritibus et cæremoniis Ecclesiæ catholicæ fidentissime ac verissime tractant, stabulum olent Scaligero et sapiunt? Primos talium rerum auctores, non collectorem, neque rescriptorem reprehendere debuerat. Annon sub persona Davi vapulat Alexander Macedo, et pro libidine sibi fingit hominem Scaliger, quem opprimat? Leviores erunt Ecclesiæ ritus, contemptibiliores traditiones, faciliusque reprobari poterunt, si earum assertor nullius esse dignationis asseratur? Sed vellem in universa Cedreni historia aliquid, quod peculiare Cedreni sit, a Scaligero demonstratum fuisset, quod nusquam perlectis dictis auctoribus demonstrabitur: ut hinc postea dignumne illud laude sit an reprehensione, dijudicare possemus. Dicet illud esse sapere, qui ubicunque opus sit, linguam possit flectere; sed id, quibus in pectore acetum est, haud probabunt. Immerito præterea Scaliger temporum ordinem in Cedrenicis hisce, quæ supersunt, desiderat. Cedrenus enim *Historiarum* Synopsin, non *Chronographiam*, cui distinctio temporum magis competit, scripsit. Satis illi fuit regibus, res quoque sub eorum principatu gestas, nullo annorum ordine discriminatas supponere. At evolve, sodes, Cedrenum, quam ille distincte pleraque, quam accurate, et ea potissimum, quæ ex Theophane mutuatur suo loco distribuit. Et in exscriptione Scylitzæ Scylitza ipse sequendus erat, qui actiones non ad annos, sed ad imperia refert. Neque prudentiori consilio opus Cedreni unicum in duo partitur; alterum ingens, quod ipse Cedrenus ex variis auctoribus compilatum conscripserat, alterum a junioribus, non multo post ejus obitum mutilatum, adeo ut nec prioris voluminis breviarium sit, sed potius cadaver, estque illud ipsum, quod editum Græce et Latine præ manibus omnium est. Cedreni etenim opus, quod habemus non est primi operis a Cedreno compositi, quod nullum fuit, breviarium, sed illud ipsum ab eodem collectum, et quod ipse nuncupavit Σύνοψιν. *Breviarium*, quod brevi verborum circuitu, et veluti in compendio res prolixas, atque immensæ scriptionis legentibus traderentur: argumento erant auctorum sententiæ, et narrationes, quas ille, ut apud eos leguntur, neque immutatas, sed fida verborum continuatione, rebus minus opportunis neglectis, disponit. Et Breviarii est, rem longa verborum serie circumscriptam breviori sententia, et paucioribus verbis concludere: quod secus se habet in Cedreno.

Monet tamen Vossius ex Gesnero, historiam Cedreni a morte Nicephori usque ad imperium Isaaci Comneni etiam legi sub nomine Joannis Curopalatæ (qui idem est cum Scylitza) paucis exceptis; (*a*) et Casaubonum notis in lib. XVII Strabonis referre, cum a

(*a*) De similibus codicibus mss. Seguierianæ sive Coisilianæ bibliothecæ, vide eruditiss. Montfauconum p. 206.

Græculo historiam Curopalatæ eruisset, eamque contulisset cum Cedreno, deprehendisse eadem iisdem verbis ab iis dici, ut alteruter necessario plagiarius sit. Addit Casaubonus : *At cum me ab illo Græculo deceptum, qui magna me pecunia emunxerat, inique ferrem, hoc me tamen recreabat, quod ex utriusque collatione multa posse in utroque emendari videbam. Cedrenum enim ita esse editum sciebam, ut multa passim in ejus scriptis turpissima relicta sint menda.* Sane Casaubonus non a Græculo, qui id quod erat, quam plurimi vendidit, sed errore suo, qui Scylitzam in Cedrenum translatum nescivit, deceptus est. Frustra ergo queritur de Græculo illo, qui Curopalatæ historiam, quam vere profitebatur se habere, vernalem exposuit : at ipse grandi pecunia mercatus est ; cautius rem suam gerere debuit ; rerum namque pretium vendentis redimentisque æstimatione accrescit. Vossius *De historicis Græcis* lib. III in Joanne Antiocheno videtur hunc Antiochenum Joannem cum Curopalata confundere, quem dicit Sxncellum, quod tamen falsum est, exscripsisse. Quod multis in libris historicum Cedreni compendium tribuetur Joanni Curopalatæ. Certum tamen est, non universam Cedreni historiam, sed eam tantum quæ a Nicephoro Rangabe exordium ducit, Joannis Curopalatæ esse. Puerile denique est, dubitare (*a*) an Cedrenus a Curopalata, sive iste a Cedreno acceperit. De Cedreno vide Genebrardum in Chronico, et Bellarminum *De scriptoribus eccles.* sæcul. XI, anno 1070.

(*a*) Joannem Thracesium (qui idem est cum Scylitze) sequi se non diffitetur Cedrenus et priorem ἔκδοσιν illius utique in synopsim suam transtulit : sed altera Scylitzæ editio ad Alexium Commenum usque, h.e. ad A. 1081, continuata, post Cedreni synopsim demum in manus hominum venit. Georgium Cedrenum epistola 84, ad Euthymium citat Nic. Comnenus Papadopoli in *Prænotionibus mystagogicis*, p. 361.

FABROTI DEDICATIO.

—

EMINENTISSIMO PRINCIPI JULIO MAZARINO

S. R. E. CARDINALI.

Scite Græcus auctor ait, Eminentissime Cardinalis, deorum templis donaria dicanda esse, viris autem illustribus ingenii monumenta nuncupanda. Quemadmodum enim muneribus hisce religionem nostram erga Deum, ita et hoc animorum fetu cultum ac observantiam nostram erga viros summæ dignitatis vel doctrinæ præcipuæ testamur. Inter Deum autem et homines longe interest, quod Deus, velut omnium Conditor et Dominus, rebus quarum precarii possessores sumus non egeat, illustrium autem virorum gesta penitus intercidant, nisi sit qui ea litteris mandet et posteris tradat. Sed et quemadmodum humili cuique ad deorum templa accedere et ibi vota sua nuncupare fas est, ita nec illustres animas ea quæ tenuiores homines eis dicant aspernari videmus. Altæ scilicet mentis homines securi sunt magnitudinis suæ, adeo ut Deum referre quodam genere videantur. Hæc cum ipse mecum reputarem, ausus sum, Eminentissime Cardinalis, religiose te adire et librum opera mea perpolitum licentiore forte hac epistola tibi inscribere, quo devotionem erga te meam publice testarer, scirentque omnes ad venerationem tui etiam eos qui longinque agunt libros tibi dedicare, ut ex sacro et immortali nomine tuo famam et gloriam sibi quærant ac immortalitate donentur. Hoc tamen vereor, ne te in excelso humanarum rerum fastigio positum et nunquam vacuum ego unus e turba audacius incondito ac rudi sermone interpellem, teque morer, cujus amplissimis cogitationibus ac consiliis imperium Gallicum gubernatur, cum potius occupationibus tuis bono publico parcendum esset. Sed magnæ quoque animæ litteraria hæc avocamenta non recusant. Hic autem admirari subit quam sagaci consilio optimus maximusque princeps, cum excederet vel potius intercideretur et in cœlum rediret, tibi, Cardinalis Eminentissime, pene dixerim, cuncta regendi onus imposuerit, cum juvenilis successoris animus nondum par esset imperio. Sic Atlas cum cœli onori se subduceret, Herculem submisisse fertur, velut tantæ molis capacem : at qualem virum ? majorem humana natura, Deo proximum, denique Jovis, non Amphitryonis filium. Certe non alius quam natus Deo cœlum deorum sedem ferre poterat, sicut nec alius quam divinæ mentis homo onus imperii Gallici sustinere. Tu, inquam, Eminentissime Cardinalis, vocatu regis prudentissimi ad regni arcana tractanda non sine numine admissus es ; id quod ex rebus ipsis feliciter et ex voto fluentibus notius est quam ut quisquam præter malignos inficietur. Quando enim terrarum ille prædo, quando orbis universi candidatus certius intellexit se rerum solum potiri non posse, seque aliena regna irrita spe invadere ? quando feliciter secum actum putavit si fines suos non propagaret sed tueretur, nisi ex quo principem nostrum invictissimum anima reliquit ? Quid singula commemorem ? Prostrato primam stupenda felicitate exercitu validissimo, tum munitissimis oppidis qua locorum natura qua milite non ignavo, cum interim inclinatas acies et labantes, tum milites suos velut attonitos et pavore defixos cerneret, intremuit Flandria. Animos sumpserant Gallici hostes nominis, quoniam in contrarium cecidisse videbantur Gallorum

impetus semper hostibus metuendi, quod scilicet externa vis contra fas piumque eis adfuisset velut Deus e machina, quodque eos obsidio liberatos viderent qui jam ingloriam deditionem parabant : sed statim Galli ingenii ad pugnam avidi vicinas urbes animosius aggressi sunt; quibus captis extimuit Italia non secus ac quondam populus gentium victor Gallis instantibus sæpius expavit, In Hispania bello quidem ancipiti pugnatum est : sed ducis fortissimi nomen Hispano militi vincendo jamdiu fatale est. Germania bello diuturno vexata, agrorum populationibus, urbium vastationibus concussa, imperatorem miseris dudum imperare cœpisse non diffitetur. Hæc latius exsequentur horum temporum diserti. Ego stylo remissiore attigi tantum, et quod longum esset ea prosequi, et quod verebar ne fastidium nasceretur ex plurimis. Cœlum igitur ambitione affectent exteri (quanquam expilationibus cœlum non petitur, sed religione et pietate, quæ reges Christianissimos astris inserunt), aliena regna avido animo pervadant : quandiu stabit Gallia validissima terrarum pars (quam pereundi legibus aliis quam quæ orbi terrarum impositæ sunt, fatorum vis æterna vel potius Deus fatorum arbiter et dispensator exemit), cœpta eis nunquam ex voto succedent. Cum autem sereni-simus princeps noster spes totius generis humani adolescit, cum animi ejus vis angescit, tibi, Cardinalis Eminentissime, summa rerum permissa est, cujus fides in rebus difficillimis spectata, cujus devotio erga principem omne vincent exemplum. Nemo in posterum te rerum moderatore tam securus potentiæ erit ut Gallos pene inter ferrum et arma natos provocare vel offendere audeat, quos intelliget nullius armis esse superabiles. Nemo Galliæ socios aut fœderatos lacesset; nemo amicos lædet, qui hoc Galliæ debent, ut qui summa cum injuria et bonorum omnium indignatione fortunis suis exuti velut nudi exsulabant, plenissime restituti sint : tanta est cum sacri nominis tui veneratio, tum imperii Gallici felicitas semper invicta. Verum quo impellor ego fandi impotens ? Non enim multum interesse puto sive quis famam alicujus lædat, sive infra dignitatem eum laudet. Non possum tamen hæc citra crimen ingrati præterire quod omnium commendatione dignissimum est : bibliothecam scilicet multis librorum millibus constantem instituisti, quam eruditis omnibus patere vis. In qua quidquid Gallia bonarum artium feracissima, quidquid Italia vel Germania eruditum protulit, invenire in facili est. Omitto præclara illa marmora, principum et virorum qui litteris claruerunt statuas, quas cum videas et ingenii monumenta legas, putes non muta marmora, sed animata, et eorum non interiisse corpora, sed cum animorum fetu de perennitate certare. Quo quidem egregio facto litterattores quosque tibi obnoxios fecisti, et non minus in ore hominum agis quam propter alias acerrimæ mentis dotes ; ex quibus boni omnes intelligunt tanto te cæteris mortalibus superiorem esse, quanto fortuna tua excelsior et præstantior est. Vive igitur, Eminentissime Cardinalis, Galliæ felicitati, quæ, te sospite, culmen adipiscetur et diurnabit ! Vive, rei Gallicæ rector et propagator, cujus vigilantiæ hoc debetur, ut Galli pacem æquissimis conditionibus sperare debeant, aut exteri bellum internecinum timere ? Vive diu, Galliæ felix tutela salusque !

Eminentiæ tuæ

devotissimus

CAROLUS ANNIBAL FABROTUS.

LECTORI

—

De scriptoribus historiæ Byzantinæ publicandis spem fecimus edito Joanne Cantacuzeno. Ecce fidem præstamus felicioribus auspiciis annixi, jussu nempe illustrissimi Franciæ cancellarii Petri Seguierii, qui ut opus hoc egregium ederetur suæ curæ fecit. Quid autem huic Cedreni editioni accesserit, lector, monendus es. Plures eæque ingentes lacunæ erant in editione priore, quæ Cedrenum deformabant. Aliæ minores plures paginas occupaverant. Eas omnes ex aliis scriptoribus calamo exaratis supplevimus, multa correximus ex Joanne Scylitze Curopalate, qui Cedrenum αὐτολεξεὶ descripserat unde mirari subit quanta securitate sæculi sui Curopalates alienum opus sibi vindicarit. Itaque si quis Curopalatem desideret, sciat eum Cedreni similem esse : nam totidem verbis Curopalates constat. Qui tamen non per omnia nobis inutilis fuit, sed supplendo, ut dixi, et emendando Cedreno multum profuit. Quoniam autem toto pene Cedreno exscripto Curopalates excipit ubi Cedrenus desiit, ideo non ingratum fore duxi si cum Cedreno ederetur. Joannes Baptista Gabius interpres ejus multis in locis ab auctoris sententia aberraverat. Ei quantum fieri potuit consultum est interpolata ejus versione. Xylandri quoque versionem interdum emendavimus ; nec tamen veterem loco suo deturbavimus, sed nostram ad oram libri rejecimus. Præterea fatetur interpres ingenue se in quibusdam hærere. Nos sine ulla insectatione sententiam nostram proposuimus, et notas quasdam addidimus ei firmandæ.

Denique Glossarium adjecimus, quo voces mixobarbaræ, quibus Cedrenus utitur, explicantur, dignitates ecclesiasticæ palatinæ et militares exponuntur. Quo in concinnando usus non sum opera Meursii, quem plerique alii qui rapto vivunt solent exscribere, sed vel auctores nondum editos vel alios omnino auctores ad testimonium cito (*a*). Accedunt etiam R. P. Jacobi Goar variæ in Cedrenum animadversiones eruditissimæ, quæ non modicam Cedreno lucem afferent. Postremo numerosa operarum menda sustulimus, quo tam auctior editio quam emendatior opera nostra prodiret. Cedreno igitur fruere, quem antea, pene dixerim, auro contra veniisse non ignoras. Cedrenum sequetur Theophanes multorum votis expetitus, quem ex regis Christianissimi bibliotheca in lucem edemus, una cum Anastasii Bibliothecarii historia ecclesiastica hactenus inedita, quæ beneficio Cardinalis Eminentissimi Francisci Barberini ad nos pervenit. Sequentur et alii ex variis bibliothecis eruti, quos non interire quantum reipublicæ litterariæ intersit hi tantum intelligunt qui litteras tractant vel fovent. Vale.

(*a*) Non possumus citra crimen ingrati præterire auctores Græco barbaros, quibus usi sumus in hoc glossario, nobis utendos datos ex bibliotheca viri clarissimi et eruditissimi Jacobi Mentelli medici Parisiensis. FABROTUS *in calce Niceiæ.*

GUILIELMI XYLANDRI

AUGUSTANI

IN GEORGII CEDRENI ANNALES PRÆFATIO.

Ad magnificos et generosos dominos D. Marcum et D. Joannem Fuggeros, Antonii ff. Fratres Germanos, Kirchbergi et Weissenhoani dominos, etc., optimarum litterarum alumnos gratissimos.

Georgii Cedreni annales, qui auspiciis ac impensis vestris, viri amplissimi, a me non sine magnis ærumnis in Latinam linguam conversi in publicum hodie exeunt, pro more dedicaturus diu multumque cogitavi quanam de re potissimum apud vos dissererem. Sive enim historiæ utilitates explicandæ essent, quo hic liber prodiret commendatior atque gratior, jampridem id propositum ita copiose ornateque coram a summis viris tractatum, ut citra arrogantiæ crimen non possem conari ista vel amplificare vel etiam inculcare. Sive in vestris laudibus prædicandis occupanda oratio, ad quas profecto illustrandas augendasque hæc Cedreni versio editioque conducere debet, quid iis ornamenti poterat mea conferre infantia? Aut quotusquisque, ut nunc sunt mores hominum, non potius assentando me munus captare quam grati animi significationem raris virtutum exemplis demonstrandis commendandisque edere erat judicaturus? Itaque horum ego utrumque prudens sciensque omisi, præsertim cum recordarer de priore alibi me nonnihil etiam dixisse. Sed et alienum aliquid personis vestris aut præsente instituto, qualia ad animum accidebant multa atque varia, in medium afferre intempestivum videbatur atque insolens, neque enim laudari sentiebam eum qui delphinum silvis appinxit, fluctibus aprum. Itaque in præsentia satis habui pauca de ipso hoc historico opere et mea quam vobis ac reipublicæ in eo conficiendo navavi opera dicere; itaque lectore non inutiliter, ut quidem ego puto, de quibusdam præmonito, dedicationis munere defungi.

Jam primum, quis fuerit Cedrenus, certo deprehendere nullo indicio potui, cum de se ipso nihil, hoc quidem in opere, memoriæ prodiderit, neque ab aliis sit, quod ego sciam, laudatus aut nominatus scriptoribus. Eo tamen inclinat animus ut sacerdotem fuisse suspicer aut etiam monachum; tametsi videtur hoc non fuisse dissimulaturus. Meæ conjecturæ ansam præbent cum genus dicendi quo est usus, tum quas de religione et cæremoniis habet disputationes. De quibus non impedio quin quisque suo captu et sensu judicet: quid ego judicem, satis credo esse bonis notum; neque est cur mutem sententiam ulla idonea causa. Quando vixerit, nihilo magis constat quam qua conditione vixerit; nisi quod probabile est rerum potito Isaaco Comneno (qui iniit imperium eodem fere quo Heinricus IV anno, qui fuit a nato Christo 59 supra millesimum) eum scripsisse suos Annales: hi enim in istum desinunt. Is qui codicem vestrum scripsit librarius, Isaaci Angeli aliquoties mentionem fecit in margine. Fuit hic Isaacus Friderici Ahenobarbi imperatoris Germani æqualis, et accepit Cpolitanum regnum circa annum 1185, ut centum fere annis codex iste auctore suo recentior fuisse videatur. Non dissimulavit librarius aliquoties se in exemplari, quod descripsit, aliquot paginarum defectum sensisse. Sed utrum reliqua omnia ita fuerint ab auctore composita quomodo ad nos scribæ istius opera pervenerunt, dubitari haud injuria potest: non enim mendosa modo quædam, sed plura etiam his mutilata vel comperi vel suspicatus sum, quod aliquoties in annotationibus ostendi. Porro autem facile crediderim lectores in bonis scriptoribus versatos et judicio aliquantum quam vulgus

acriori præditos, ubi lectionem hujus operis instituerint, molestiæ principio aliquid aut etiam nauseæ contracturos. Pollicitus enim auctor ab initio mundi usque ad sua tempora historias se compendio recitaturum, ubi ad rem ventum est, neque optimo ordine ea proponit quæ in sacris Litteris et Flavii Josephi antiquitatis Judaicæ descriptione atque alibi copiose describuntur ; et inserit multa nescio quam relatu aut credita digna : et interpolatis narrationibus sæpe, sæpe mutilatis, aliquando idem non sine tædio et odio inculcat. In summis mundi imperiis et eorum successione ac mutationibus exponendis jejunus plane est. Res Romanas ita attingit ut videatur earum fuisse admodum ignarus. Et in ipsis imperatoribus ordine recensendis eorumque in summa exponendis rebus gestis fere ad Constantinum usque Magnum nihil præclari aut etiam operæ pretii est consecutus, ut subvereor ne quis ista legens exclamet : *Quid tanto dignum dedit hic promissor hiatu ?* Digressiones quoque in disputationes de vita monastica, contra Judæos, et alia id genus, talia sunt quæ annalibus parum omnino conveniant et non possint a quovis ventriculo concoqui. Quæ ego a me dicta ita velim accipi ut ab eo qui non vituperet sed excuset Cedrenum, scriptorem qualem ea tempora et fortassis etiam vitæ institutum tulit, ut uno verbo dicam, interdum εὐήθη. Certe si quid ab eo peccatum est, non magno rerum dispendio peccatum est, cum abunde librorum sit ex quibus historiarum ab ipso præteritarum aut unius commode tractatorum cognitio repeti possit. Hoc autem vere possum affirmare, plurima esse in Cedreni hoc opere, quæ cum alibi non inveniantur, maximam ei apud omnes veritatis et historiæ amatores conciliare possint debeantque gratiam. In Justiniano præsertim Magno, in Heraclio et aliis deinceps Cpolitanis imperatoribus multo est quam ipse Zonaras fuerit diligentius ac copiosius versatus describendis, annis etiam singulis res gestas dividens. Nam quæ ante novæ Romæ ortum habet, ea videtur utcunque ex variis libris non magna cura ac judicio perexiguo consarcinasse : in Cpolis autem rebus et exercitatior fuit, ut apparet, et majore est usus industria ; et si quid ego judico, hoc illi ἔργον fuit, cætera πάρεργα. Qui eum cum Zonara conferrent, iis deprehendere erit proclive vere me ista dicere. Nam omisit Zonaras multa quæ noster habet, scitu perquam digna, et quibus omissis historiam mutilari obscurarique fuit necesse. Multa ille breviter admodum indicavit, quæ sunt a nostro circumstantiis omnibus explicatis illustrata. Neque ego primus hoc deprehendi : sed Wolfius noster, quem honoris causa nomino, vir harum rerum (quod, quibus ignotus ipse est, lucubrationes ejus evidentissime demonstrant) longe peritissimus, aliquanto ante codici vestro schedam præfixerat qua argumentum ejus in hæc verba exprimitur « tractat idem argumentum quod Zonaras, sed multa habet a Zonara de industria prætermissa, brevitatis, ut opinor, studio, sed certe non prætermittenda. Quod si mihi optio data fuisset ab initio, hunc Zonaræ prælulissem. Nunc cum Zonara denuo edendus erit, consultum fore videbitur ut hoc totum opus perlegatur, et quidquid memorabile visum fuerit, Zonaræ suis locis certa nota apposita inserendum. » Hæc Wollius ; qui, haud dubie, cum hoc ferret de Cedreno judicium, ad ea respexit præcipuæ quæ aliunde quam ex eo aut Zonara repeti commode non possunt. Nam duo priores Zonaræ, tomi longe alioqui sunt meliores ac laude digniores quam ea quæ ad Constantinum usque Magnum noster collegit. Et tamen in hisce ipsis sunt nonnulla quæ cognitu digna atque utila tamen neque apud Zonaram occurrant neque alibi sint adeo obvia. Enim vero id affirmare ausim, ex hoc nostro scriptore ab homine industrio multa posse desumi quibus Zonaræ Procopii Diaconi aliorumque id genus scriptorum, recentiorum quoque, ut Cuspiniani, Egnatii Panvinii, imperatores et historiæ partim corrigi partim illustrari ac poliri possint. Quæ utilitas vel sola ejus editionem apprime apud æquos lectores gratiosam facere debet. Neque nunc proponam exempla : tametsi enim rei gustum aliquem annotationes nostræ præbebunt, tamen malo hæc solerti lectori observanda relinquere quam iis commemorandis me jactare. Addatur et hoc : cum eorum quæ sunt circa Byzantium et in ipsa urbe locorum, tum aliarum multarum urbium fluminum montiumque notitiam permultis hujus scriptoris locis posse explicari atque illustrari ; ut magno rerum geographicarum incremento et antiquitatis recolendæ adjumento diligentibus sit futurus.

Verum de Cedreno satis, aut fortasse nimium : legatur, ipsus se probabit, et ostendet vendibili vino non opus esse hedera. Venio nunc ad meam operam, non profecto ut eam vel jactem vel etiam ἀκκισμῷ extenuem, quorum neutrum ego ingenui hominis arbitror ; neque etiam ut qui vestris et aliorum bonorum (cæteros enim nihil moror) judiciis diffidam, ideoque causam mihi dicendam putaverim : sed quod, cum ipse in hoc opere lapsus alicubi sim, nolim alios quoque errare. Primo omnium ne conatus quidem suum id consequi, ut Zonaræ, Nicetæ ac Gregoræ facundiam Latinam parem Cedreno conciliarem. Nam probe mihi meæ conscius tenuitatis, nemine etiam monente, habebam exploratum me moliri hoc non debere quod elegans pastor merito odisse ait, ἴσον ὄρευς κορυφῇ τελέσαι δόμον ὡρομέδοντος. Et quidem Græcæ linguæ usu Cedrenum iis quos nominavi multo inferiorem esse, multoque minus in suo foro disertum, non difficulter judicabunt lectores ; quos minus habet etiam quod conqueratur, si Latine purius ii nitidiusque ipso loquuntur. Ac nescio quomodo mihi accidit ut interdum invitus, magis tamen solito, balbutirem ipse etiam, dum præeuntis verba subsequor et exprimere conor. Sed hoc quidquid est mali, æquanimitas lectorum vel dissimulabit vel corriget.

Postquam vos, Mæcenatis nomine dignissimi heroes, ultro pro vestra benignitate de me

honeste sentientes, impulsore maximo D. Ludovico Carino, sene longe doctissimo veroque officiosæ in cultores bonorum artium, humanitatis exemplo, vobisque non absque gravissimis causis et meritis charissimo et acceptissimo, de me autem jamdiu ita merito ut gratiarum actionem (quas enim possim pro tot beneficiis hac mea conditione referre ?) hic locus dignam non capiat, memoriam autem ab eo in me profectarum commoditatum me vivo nihil sit obliteraturum ; suadentibus idem cum aliis primariis viris tum ipso etiam Wolfio, qui (nihil jam de ipsius laudibus dicam, cum prædicationem meam excedant, neque hoc sibi reponi muneris pro suis meritis ipse cupiat) abundantia quadam amoris semper me prosecutus quasi lampadem hanc in decursione vertendæ Græcæ historiæ recte se traditurum mihi existimavit ; postquam ergo Cedreni convertendi provinciam mihi credidistis (id quod mihi fuit, ut debuit, gratissimum), equidem in hoc incubui ut exspectationi vestræ meisque promissis mature et fideliter satisfacerem. Omnia expeditu facilia fore animo præceperam, fortasse non nimis arroganter, ut qui non nunc primum hoc genus rei tractandum, susciperem. Sed in progressu tamen id expertus sum quod Alcæus olim eleganter cecinit :

Delata in altum cum semel est mare,
Quocunque tempestas vocabit,
Ut tibi navis eat necesse est.

multa spem meam fefellerunt. Incidi in loca vel obscura vel mutila sæpe ; ubi cum nonnisi unus codex mihi esset aut alibi eadem aut similia perscripta in promptu non haberem, oportuit me hærere. Conjecturas scio aliquid posse, sed eæ neque satis tutæ aliquando sunt, et non raro quod conjicerem aut quo me referrem non succurrebat. Ne tamen vel auctori vel lectori mea ignoratio fraudi esset, ubi visum est rem habere aliquid momenti, annotationibus meis pro virili rem exposui aut saltem aliis enodandam proposui. Maxime barbarica me vexaverunt vocabula, quorum magnum copiam lector inveniet, partim hybridarum ac μιξοβαρβάρων aut (si ita velit aliquis μιξελλήνων, partim prorsus et apud Latinos et apud Græcos peregrinorum. Quorum alia rerum sunt, ut scaramangium, tuldum, cumparia, barducium, læsa, et alia plura ; alia officiorum appellationes, ut barangi, protovestiarus, logotheta dromi, caniclium, protospatharius, drungarius, ameras. Reperiet etiam multa Latina Græco habitu velata, κυνστέρναν, σκάμνον, λεγάτα, silentium, asecretis, scalam, κρῦφον, sexcenta alia. In quibus animadvertendis et vertendis quam fuerim felix, nescio : fui certe moleste occupatus. Quod ad annotationes meas attinet, poteram eas extendere et amplificare indicatione et comparatione eorum quæ apud alios scriptores iisdem de rebus habentur ; quod ignavo fortassis aut librorum copia destituto lectori foisset non ingratum. Veram ego brevitati studui ; et cum postremo eas relegerem, permulta amputavi quæ alio loco commodius me persecuturum videbam, cum hic vel brevius quam ut satis intelligerentur indicare ea oporteret, vel commentando extra fines annotandi progredi. Has autem ipsas annotationes lectori magnum momentum allaturas ad intelligendum Cedrenum, aut saltem quædam diligentius scrutandum, confido. Mihi quidem incredibili labore constiterunt. Ponetur in lucro a gratis, si ad alios quoque intelligendos scriptores inde aliquid poterunt petere adjumenti : quod ego spero fore. Numeri eorum numeris margini Cedreniano appositis respondent ; nisi quod sæpe plura unico sumus complexi loca. Ad finem tabulas chronologicas (*a*) adjeci, jamprideu eas a me compositas, et cum ad alia tum ad συγχρονισμοὺς promptо inveniendos ac intervalla temporum supputanda utiles. In his fere sum Funckium secutus, quanquam ipse quoque de quibusdam quod moneam et disputem videor mihi habere ; quod ipsum quale sit, alio loco, si Deus volet, proferetur. Græcus codex editur diligentissime et summa fide ac labore non exiguo descriptus, collatusque cum vestro exemplo. Ex eo poterit emendatio eorum sumi in quibus est a me peccatum. Ut enim nusquam me hallucinatum profitear, non facile mihi quisquam persuaserit. Confido tamen æquos peritosque rerum et ærumnarum quæ in hujusmodi operibus sunt exantlandæ lectores non ita multa desideraturos, ut non sint mihi pro laboribus hisce gratiam habituri. Vobis autem, Viri amplissimi, vobis acceptum ferre debent, quam hoc opere legendo utilitatem delectationemque capient : vobis, inquam, non mihi. Tametsi enim studio reipublicæ litterariæ juvandæ atque locupletandæ tenear vel maximo, paucisque (quod velim nemo dictum arrogantius putet) voluntate bene merendi de patria cedo, aut fortasse nemini, tamen ea est rerum mearum tenuitas, ut nisi aliis locata mea opera, qui fortunarum mearum habeant ac laborum et suæ liberalitatis rationem, scribendi facultatem habeam nullam. Et quamvis multo est quam imperiti credere possint æruumnosius, ista, qualia nos fere edidimus adhuc, conscribere ; ut non domino tantum fundi maximam, sed et colono aliquam gratiam debere videri possint qui frugibus vescuntur ; ego interim quod ab aliis exigam non habeo, cui dubium non sit quin meos in hoc opere labores pro vestra liberalitate atque munificentia ita sitis compensaturi, ut insigni vobis obstrictus beneficio perpetuas sim debiturus atque habiturus gratias. Atque ego sane neque volo neque debeo etiam diffiteri, hanc mihi potissimam fuisse meæ vobis operæ offerendæ atque navandæ causam, ut consecuto quod volui, nemo alius porro sit appellandus. At vestræ magnificentiæ quis, nisi animi prorsus obnoxii, negaverit plurimum a republica litteraria

(*a*) Hæc chronologia, quia virorum doctorum judicio non satis accurata est, in hac editione prætermissa est. FABROTUS.

et omnibus in ea ingenue versantibus deberi? Nam me quidem, ne quid dissimulem, paupertas, ut ille ait, impulit audax ut libros facerem. Quod ipsum tamen adhuc ita temperavi, et in posterum quoque rebus meis sic poscentibus ita instituam, ut non minora ad bonarum litterarum studiosos quam ad me meis e laboribus redeant emolumenta. Vos autem quid, præter publicæ utilitatis rationes et voluntatem de me quoque privatim bene merendi, ad hoc Cedreni dandum munus adduxerit, ne cogitari quidem potest; nisi si quis ita est in Europa hospes et famæ ignarus, ut vos et avitæ et vestris meritis partæ gloriæ inopes suspicetur voluisse hujus liberalitatis opportunitate nomini vestro laudem decusque conciliare. Enimvero quod vestro sumptu in lucem e tenebris eruendis ac publicandis hocque pacto ab interitu vindicandis bonis libris et magnificentiam vestram patriæ demonstratis et rempublicam angelis atque exornatis, non id gloriæ, qua abundatis, quærendæ studio, sed laudatissimi piæ inclytæque memoriæ herois Antonii Fuggeri, patris vestri, legitima quadam et hæreditaria successione atque imitatione facitis; neque committendum vobis putatis ut cum aliis in rebus eum patriæ repræsentetis, hoc unico in tam laudabili instituto ab eo vos degenerasse opinari quisquam possit. Valete, Viri amplissimi ac veri Mæcenates, nosque in vestrorum clientum numerum semel receptos fovete, sedulo curaturos ne quid vobis in nos collatorum beneficiorum pereat. Heidelbergæ, Nonis Januarii, anno a Natali Christi 1566.

ΣΥΝΟΨΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΑΡΧΟΜΕΝΗ

ΑΠΟ ΚΤΙΣΕΩΣ ΚΟΣΜΟΥ ΚΑΙ ΜΕΧΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΙΣΑΑΚΙΟΥ ΤΟΥ ΚΟΜΝΗΝΟΥ

ΣΥΛΛΕΓΕΙΣΑ

ΠΑΡΑ ΚΥΡΟΥ ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΚΕΔΡΗΝΟΥ

ΕΚ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ·

—

COMPENDIUM HISTORIARUM

A MUNDO CONDITO USQUE AD ISAACIUM COMNENUM IMPERATOREM

A DN. GEORGIO CEDRENO

EX DIVERRIS LIBRIS COLLECTUM,

Guilelmo Xylandro Augustano interprete, cujus versionem ad incudem revocavit Carolus Annibal Fabrotus.

—

1-3 Multi ante nos religiosi atque cognitionis rerum gestarum studiosi viri in compendium historias contrahere aggressi sunt. Nam et Georgius monachus idemque syncellus, ab initio mundi orsus,

A [P. 1.] Πολλοὶ τῶν πρὸ ἡμῶν φιλοθέων ἀνδρῶν καὶ φιλιστόρων τὴν ἐπιτομὴν τῆς ἱστορίας ἐπραγματεύσαντο· ὅ τε γὰρ μοναχὸς Γεώργιος καὶ σύγκελλος (1) ἀπὸ καταβολῆς ἀρξάμενος κόσμου εἰς Μαξι-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(1) *Syncellus* dignitatis est seu officii nomen. Ita appellabant eum qui patriarchæ (sic crebro nuncupant Cpolitanæ Ecclesiæ summum antistitem) defuncto successurus erat, quasi suffraganeus quidam. Auctor noster in vita Constantini Monomarchi, de bello Sultanico et Liparita capto agens; et eadem apud Zonaram. Atque in Leone Iconomacho noster Anastasium Germani syncellum facit, in Leone Basilii filio Stephanum ejus fratrem Photii, in Romano Lucapeno Theophylactum hujus filium Stephani Ameseni; alios alibi. Vox unde sit deducta, ut et multæ aliæ id genus, conjectu est difficile neque magnopere necessarium. Quid si is sit qui in eadem cella cum eo degat cui sit successurus? In Michaelo Stratiotico mentio fit protoscyncelli, quasi principem syncellorum dicas, Leonis Strabospondylæ, qui tum in republica primarius fuerit gerenda. Id videtur aliquid ab aliis habere diversi. Ego in his adnotationibus ea tantum statui referre quæ maxime necessaria videbantur. Quam brevitatem pro excusatione accipient æqui lectores, si non ubique eos adjuvabimus. Zyl. — Syncellus primis temporibus, non alius quam contubernii societatis ac convictus particeps, successor nusquam erat, virtutis siquidem et eruditionis merito, CP throni, sublato e vivis Tarasio, successionem adeptus est Nicephorus confessor. Plura de Syncello expetita suis locis exponentur; quæque de illo, non plana licet et integra, probanda tamen Xylander retulit, alibi commodius inserentur. Goar.

* Prologum isto prolixiorem ex cod. Coislin. 136 a Montfauconio editum habes ad calcem tomi II. Edit. Patr.

μιανὸν καὶ Μαξιμῖνον (2) τοὺς τυράννους κατέληξε, καὶ ὁ ὁμολογητὴς Θεοφάνης (3) τὸ ἐκείνου τέλος ἀρχὴν ποιησάμενος οἰκείαν ἄχρι τοῦ τέλους Νικηφόρου τοῦ ἀπὸ γενικοῦ (4) κατήντησε. Μετὰ δὲ τοῦτον καὶ ἄλλοι ἐπεχείρησαν, οἷον ὁ Σικελιώτης (5) καὶ ὁ ὑπέρτιμος Ψελλὸς (6) καὶ ἕτεροι σὺν τούτοις. Ἀλλὰ τῆς ἀκριβείας ἀποπεπτώκασιν, ἀπαρίθμησιν μόνην ποιησάμενοι τῶν κασιλέων καὶ διδάξαντες τίς μετὰ τίνα γέγονεν ἐγκρατής, καὶ πλέον οὐδέν. Ὁ γὰρ Δαφνοπάτης [P. 2] Θεόδωρος, Νικήτας ὁ Παφλαγὼν, καὶ οἱ λοιποὶ Βυζάντιοι (7), Νικηφόρος τε διάκονος ὁ Φρὺξ, Λέων ὁ Καρίας (8), Θεόδωρος ὁ Σίδης, καὶ ὁ τούτου ὁμώνυμος Σεβαστείας (9), καὶ ὁ Κυζίκου Δημήτριος (10), καὶ ὁ μοναχὸς Ἰωάννης (11), οἰκείαν ἕκαστος ὑπόθεσιν προστησάμενοι, ὁ μὲν ἔπαινον φέρε εἰπεῖν βασιλέως, ὁ δὲ ψόγον πατριάρχου, ἄτερος δὲ φίλου ἐγκώμιον, πόρρω τῆς τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν διανοίας ἀποπεπτώκασι καὶ πρὸς ἀλλήλους διηνέχθησαν. Ὁ δὲ πρωτοβεστιάριος (12)

A usque ad Maximianum et Maximinum tyrannos rem perduxit : et quo is loco desiit, 4 inde principium sumens Theophanes confessor obitu Nicephori qui de generali logotheta imperator fuit factus, historiam suam finiit. Post hunc etiam alii idem opus in manus sumpserunt, ut Siculus, ut honoratissimus Psellus,ac præter hos alii.Ceterum isti accuratam atque exactam temporum rationem non tenuerunt,neque aliud praestitere quam quod nuda regum enumeratione exposita,quis cui in imperio successisset docuerunt. Nam Theodorus Daphnopates, Nicetas Paphlagon ac reliqui Byzantii, tum Nicephorus diaconus Phryx, Leo e Caria, Theodorus Sida oriundus, alterque Theodorus Augustanus, Demetrius item Cyzicenus ac Joannes monachus, horum qui vis peculiari sibi proposito 5 argumento (verbi gratia, laudationem alius regis, alius patriarchæ vituperationem,alius amici prædicationem), procul a nominatorum virorum sententia aberra-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(2) *Maximianum et Maximinum.* Horum prior collega fuit Diocletiani,cognomento Herculeus,posterior ab eodem Diocletiano imperatore gener ac Cæsar est ascitus. Cedrenus Maximianum vocat in ipsius historia. Quidam *Maximianum* scribunt. Nomen ei fuit Gallerio. Tyrannos vocat, quod Christianis fuerunt iniqui. Xyl.

(3) Hic Georgii Syncelli filium secutus ab ejus fine principium historiæ suæ dedit, Theophili et Michaelis filii tempore, quo monasterii Agri præpositus decessit. Goar.

(4) Sic etiam Zonaras eum vocat in inscriptione imperii ejus,tomo tertio f. 99, paulo ante ea referens quæ ego huc perspicuitatis gratia transtuli. Est apud Suidam in Ἀρτέμιος, γενικόν vocari eum qui tributorum vel redituum rationes putat, τῶν φόρων λογιστήν. Et in Basilio Macedone noster ejus mentionem facit,ac ibidem non procul initio γενικόν loci nomen fuisse ostendit, ubi debitæ publico seu tributi seu vectigalis nomine pecuniæ exigerentur. Alioqui creditur voce λογοθέτης cancellerius aut libellorum magister aut aliquid tale, designari : officii nomen utique est. Fuit Nicephorus iste æqualis Caroli Magni. Xyl.

(5) De Siculo isto nihil a me temere dictum volo : quod Possevinus Heidelgergensis Bibliothecæ cod. 394 scribit, fideliter exscribo : *Joannis Siculi Chronicon ab orbe conditio usque ad imp. Michaelem Theophili F. præcipuas historias complectens. Meminerunt ejus Zonaras et Cedrenus*, Hæc ille. Goar.

(6) Quis hic Psellus? Non unus siquidem cognomine Psellos,sed plures, iidemque τῶν φιλοσόφων ὕπατοι, non *consules*, ut quoniam rentur, sed supremi, quasi ὑπέρτατοι. Primus Michael Leonis philosophi præceptor eruditissimus et ὑπέρτιμος, quo celebriorem et antiquiorem, Baronio judice non reperias, de quo referi auctor p. 550. Alter Constantinus, de quo p. 803. Priori quædam historica ascribit Possevinus.Ac cum sua tempestate Psellum scripisse testetur Curopalates, de posteriore sermonem ab auctore fieri penitus est indubium. Goar

(7) Quos de nomine citat Curopalates, Josephus Genesius et Manuel Byzantius. Goar.

(8) Grammaticus cognomine, Romanæ classis dux, novem imperatorum post Theophanem gesta conscripsit. Latet adhuc in Regia Bibliotheca. Goar.

(9) *Augustanus*, Sebasteæ natus. Est autem Σεβαστεία Augusta, a Σεβαστός Augustus. Utque Augustæ multæ fuerunt urbes in regionibus occidentalibus, ita Græco nomine Sebasteæ in Oriente fuerunt. Nam et Samariam Herodes Sebasteam appellavit, ut Strabo testatur, et Sebasteam Cappadociæ commemorat Plinius 6 3. Xyl. *Augustanus* nusquam dicendus (nisi forte Xylandro *Augustano*, Latine quidem,verum improprie laquenti) qui non *Augustæ* natus, verum ecclesiæ quæ est in *Sebaste* præsulatum geessit. Goar.

(10) Hic trito loquendi more Cyzici episcopus censeretur. Num ille Cyzici, Demetrius de quo narrat auctor p. 723 et 740, quipp : in Armenos Dioscori discipulos feliciter stilum exacuit? nullo scriptorum habito sermone reliquit incertum. Goar.

(11) Joannis monachi nomine Zonaram alias intelligi notum est. Xyl. — Is mihi nonnullisque aliis et Zonaras. Nomen, professio, scripta id evincunt. At repugnant illi qui Cedreno Zonaram habent posteriorem. Unde? quod ulterius hic deduxerit narrationis filum. Levius argumentum est : Cedrenus etenim opere nundum absoluto scribendo destitit. Goar.

De Niceta Paphlagone non habeo quod dicam : nam Choniates ille Phryx fuit, vel seipso teste. Xyl. Hunc cognomento Davidem vitæ Ignatii patriarchæ sanctissimi et rerum sui temporis (vivebat autem nono sæculo) fidelissimum scriptorem laudat Baronius.Eumdem Paphlagonem cognomine citat Meursius in Lexico Goar.

(12) Litteram B puto pro V consonante eum usurpasse, ut cum Ἀβρῶν, Βιργίλιος scribunt Græci, et similia. Nam minus rectum esse Οὐάβρων Οὐιργίλιος vel hoc docet, quod numerus syllabarum augetur. Neque doctos homines puto moris esse bestiis præfici ; neque sane eruditi imperio in belluas aut honorantur aut delectantur. Itaque suspicor πρωτοβεστιάριον nomen quidem esse officii, sed cum notare qui regio vestitui præesset, quod cubiculariorum videtur hodie officium esse. Neque est alienum dignitate ac commodo regis eos habere assidue sibi ad quoscunque usus præsentes qui sint litterati. Vestiariorum quidem infra mentio fit in 23 Justiniani anno, βεστιαρητῶν, quorum incuria imperatoris corona fuerit amissa.Et sæpe ad res summas ac bestiario nequaquam committendas protobestiari leguntur destinati, ut in nuptiis neptis Lacapeni imperatoris cum Petro Bulgariæ principe est videre. Nonnun-

runt, ipsique inter se dissenserunt. Jam Joannes Protovestiarius, cognomento Thracesius, compendiosiorem eorum quæ diversis evenerunt temporibus notitiam tradere conatus, supra commemoratorum scriptorum historiis accurate perfectis indeque in suos commentarios quæ ad rem facerent collatis, ab exitu Nicephori, cujus paulo ante meminimus exorsus est, repudiatisque quæ ex animi commotione aut in gratiam alicujus scripta fuerant, nudam historiam tradidit. Nos autem evolutis horum libris, indeque iis quæ attinebat collectis, adjectis etiam quæ, cum non essent scripta, ab antiquis hominibus tradita didiceramus, non pauca etiam ex parva Genesi, ecclesiasticis historiis aliisque libri complexi, cursim omnia in unum composuimus volumen. Quod opus posteris relinquimus tanquam alimentum tenerum ac mola præparatum, ut et qui dictorum historicorum scripta legerunt, commentarios habeant (etenim lectio ad recordationem excitandam est efficax, recordationi ad alendam augendamque memoriam vis est, quemadmodum contra incuria et negligentia immemores reddit; unde prorsus oblivio consequitur, memoriam rerum gestarum obscurans atque confundens), et qui historias nondum cognoverunt, hoc compendio ductoris loco utantur.

A Ἰωάννης ὁ Θρᾳκήσιος τὸ ἐπώνυμον, συντομωτέραν ἐνδιδόναι κατάληψιν τῶν ἐν διαφόροις συμβεβηκότων καιροῖς, τὰς τῶν ἄνω θενλεχθέντων συγγραφέων ἱστορίας ἀναλεξάμενος καὶ ἐγκατάσκευον ποιησάμενος τὴν γραφὴν ἀπὸ τοῦ τέλους ἤρξατο τοῦ ἀπὸ γενικῶν Νικηφόρου, καὶ τὰ ἐμπαθῶς ἢ καὶ πρὸς χάριν λεχθέντα ἀποδιοπόμπησε, γυμνὴν τὴν ἱστορίαν παραδέδωκεν. Ἡμεῖς δὲ, τὰς τούτων ἐπελθόντες βίβλους, τὰ εἰκότα συνελέξαμεν, προσθέντες καὶ ὅσα ἀγράφως ἐκ παλαιῶν ἀνδρῶν ἐδιδάχθημεν. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἀπὸ τῆς Λεπτῆς Γενέσεσεως (13) οὐκ ὀλίγα συλλέξαντες καὶ ἀπὸ ἐκκλησιαστικῶν ἱστοριῶν καὶ ἀφ' ἑτέρων βιβλίων, καὶ ὑφ' ἓν ἐπιδρομάδην συνθέμενοι, τοῖς μεταγενεστέροις καταλελοίπαμεν τροφὴν ἁπαλὴν καὶ ἀλληλεσμένην, ἵν, οἱ μὲν τὰς τῶν ῥηθέντων ἑστοριχῶν βίβλους ἐπελθόντες ἔχοιεν ὑπομνήματα (οἶδε γὰρ ἡ ἀνάγνωσις ἀνάμνησιν ἐμποιεῖν, ἡ δι' ἀνάμνησις τρέφειν καὶ μεγαλύνειν τὴν μνήμην, ὥσπερ τοὐναντίον ἡ ἀμέλεια καὶ ῥᾳστώνη ἐπιφέρειν ἀμνηστίαν, ἥτινι πάντως ἕπεται λήθη, ἀμαυροῦσα καὶ συγχέουσα τὴν μνήμην τῶν πεπραγμένων), οἱ μήπω ἐντετυχηκότες ταῖς ἱστορίαις ἁδηγὸν ἔχοιεν τήνδε τὴν ἐπιτομήν.

B

Principio fecit Deus cœlum et terram. Confusius hic mundi partibus nominatis quæ maxime reliquas in se continent, distinctius deinceps creationis quam ac rem gerendam, quod ex locis plurimis constat: quinetiam in Basilio Romani filio protovestiarius Leo dictator imperatoria potestate creatur contra Sclerum. Aliquando, quod est intimorum, ad insidias ipsi structas imperatori explorandas ut in Leone Basilii filio noster ostendit. Et in Constantino Romani filio protovestiarii dignitas proxima a domestico scholarum et accubitore, bigla drungario superior ostenditur. Quod si cui a vestitu deductum hoc nomen minus placet, is sciat βεστιάριον apud Choniat.: ἀντὶ ταμιείου poni, pro cubiculo nimirum tab, sicut dixi, hac quoque ratione intimorum aliquem administrorum designet. Ad ἐνδιδόναι deest, opinor, participium, utpote βουλόμενος aut simile. Xyl. — Joannem istum eumdem esse qui vulgo Curopalata, probat nomen, confirmant scripta, auctor ipse Cedrenus non obscure seggerit. Nomen in manifesto est: ejus historia ab exite Nicephori, a Michaelis videlicet cognomento Rancabis imperio, sumit exordium nec est scriptorum hic memoratorum ullus a quo plura collegisse Cedrenus convincatur, qui compendiosam, qua graditur ille, viam secutus est; nec ad damnandum vel commendandam ullius memoriam, quod in illo laudat, manum ad scribendum se admovisse testatur. Adversatur nihilominus, quod nemo facile non deprehendat, Scylitzæ cognomen et officium curopalatæ, a Thracesii et protovestiarii nolatis hic non modico spatio dissita. At si patriæ hic, alibi familiæ nomen, nil quod secum oppositionem vehat producitur. Officia vero quantumlibet varia diversitatem hominum non arguunt frequenter, cum is idem primo curopalata historiam texere, tum secutis annis ad protovestiarii dignitatem promoveri eoque titulo a Cedreni potuerit decorari. Alienus quippe sum ego ab eorum conjectura, qui Curopalatam Cedreno posteriorem affirmant. Nam cum utriusque

C

Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Παχυμερῶς εἰπὼν τὰ συνεκτικώτατα τῶν στοιχείων, μετὰ ταῦτα λεπτομερῶς ἐξηγεῖται τὴν ἀρ-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

sit eadem narratio verbis, si panca demas, iisdem contexta, hunc ex alio sua mutuari fuit necesse. Memoratis autem in utriusque proœmio iisdem historiarum auctoribus, Joannis Thracesii nomen et opera Cedrenus exprimit, cujus velut ipsius Cedreni apud Curopalatam nulla mentio; quod argumento est Joannem illum, quisquis fuerit, Cedreno non Curopalata priorem: alias quomodo Curopalatæ ignotus, si præcessisset? vel qua ratione a Curopalata prævios historiæ scriptores enumerante tum Joannes ille, si foret alius, tum Cedrenus ipse sileretur, si Cedreni verba sigillatim secutus cunctos alios auctores ordine recenseret, horum nomina suppressa vellet ex invidia vel ex ignavia? Satius itaque dicendum, Cedrenum ætate Curopalatæ supparem nondum absolvisse historiam, Curopalatam vero ulterius deduxisse, et ex eo necnon aliis plura absque labore et immutato narrationis stylo, in suam synopsim Cedrenum integre et plagiario transtulisse. Goar.

D

(13) Idem liber Apocalypsis Mosis nominatur, ut paulo post Cedrenus monet. Hujus etiam meminere Theodorus Metochites, Zonaras, Glycas et Syncellus. Est autem aprocryphus; quem non magno religionis et litterarum detrimento prorsus interiisse, una cum Enochi Apocalypsi aliisque ejusdem farinæ commentis, arbitror. Qualis enim fuerit, satis ex iis quæ inde proferuntur liquet. Zonaras principio suorum annalium prudenter eum ἀποδιοπομπεῖται. Judæi magnam Genesim, magnum Leviticum, etc., habent, in iisque miras nugas. Quod de alimento sequitur, ad verbum reddidi. Est autem prope hoc quod vulgato proverbio extulisset, se quasi præmansum in os nobis ingerere, compendio omnium ætatum historias tradentem. In quo tamen plura multo promittit quam præstare potuerit, ut in præfatione docuimus. Xyl.

χὴν τῆς κτίσεως, λέγων « Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, Γενηθήτω φῶς. » Ἰστέον οὖν ὅτι πᾶν ὅ ἦν πρὸ τῆς τοῦ κόσμου τούτου συστήσεως, ἐν φωτὶ ἦν· οὐτε γὰρ αἱ τῶν ἀγγέλων χορεῖαι ἐν σκότει διῆγον, οὔτε πᾶσαι αἱ ἐπουράνιοι στρατιαί· ἀλλ' ἐν τῷ φωτὶ καὶ πάσῃ εὐφροσύνῃ πνευματικῇ τὴν πρέπουσαν αὐταῖς λειτουργίαν ἐκπληροῦσαι. Τὸ γὰρ σκότος ἐκ τῆς τοῦ οὐρανοῦ ἐφαπλώσεως καὶ τὰ ὑπὸ τούτου σκεπόμενα γέγονεν. Ἐπὶ τούτων τοίνυν εἶπεν ὁ Θεός· « Γενηθήτω φῶς· » καὶ ἐγένετο φῶς· ἐχωρίσθη γὰρ ἀπὸ τοῦ σκότους, καὶ ἡμέρα ὠνομάσθη παρὰ τοῦ Δημιουργοῦ. Ἡ πρώτη ἐστὶ τοῦ παρ' Ἑβραίοις λεγομένου Νισὰν τοῦ πρώτου μηνός, [P. 3] εἰκοστὴ δὲ πέμπτη τοῦ παρὰ Ῥωμαίοις Μαρτίου μηνὸς, παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις ζ' Φαμενὼ τοῦ κ0' (14) καλουμένου παρ' αὐτοῖς μηνός. Ἐν ταύτῃ καὶ Γαβριὴλ τὸν ἀσπασμὸν ἐπὶ τῇ θείᾳ συλλήψει τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ τῇ παναχράντῳ Θεοτόκῳ ἐφθέγξατο. Ἐν ταύτῃ καὶ ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Πατρὸς μετὰ τὴν ἐξ αὐτῆς ἄῤῥητον γέννησιν πᾶσαν πληρώσας οἰκονομίαν ἐκ νεκρῶν ἀνέστη· ἣνπερ καὶ Κυριακὸν Πάσχα οἱ ἅγιοι Πατέρες ὠνόμασαν, ἀρχὴν λαβόντες κατὰ τὴν αὐτὴν ἁγίαν τῆς ζωηφόρου ἀναστάσεως ἡμέραν τοῦ πεντακισχιλιοστοῦ πενταχοσιοστοῦ τριακοσῦτο ἐννάτου ἔτους (15) ἀπὸ κτίσεως κόσμου. Καί τινες δὲ τῶν ἁγίων θεοφόρων Πατέρων ἐν τῇ αὐτῇ ἔφασαν τῇ ἡμέρᾳ, δηλονότι τοῦ Μαρτίου μηνὸς, καὶ τὴν ἐπὶ γῆς δευτέραν τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν γενήσεσθαι παρουσίαν, ἐν ᾗ κρινεῖ πᾶσαν ψυχὴν, ὡς τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἀπ' αὐτῆς πάλιν τὴν ἀρχὴν λαμβάνοντος. Ὅτι (16) ἐν αὐτῇ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ, ἥτις ἦν Κυριακὴ, ἤγουν τῇ μιᾷ τῶν Σαββάτων (17) ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, πνεῦμα καὶ φῶς καὶ νυχθήμερον (18) (καὶ ἐκ τοῦ συμβεβηκότος)

principium enarrat, dicens : « Et dixit Deus, Fiat lux. » Scicndum est, quidquid ante hujus mundi constitutionem exstitit, id in luce fuisse. Nam neque angelorum choreæ in tenebris degebant neque universi cœlestes exercitus, sed in luce, et omni spiritibus congruente lætitia suum quivis munus obibant. Tenebræ autem extensione cœli, qua tegebantur ea quæ infra cœlum sunt, exstiterunt. De his ergo dixit Deus « Fiat lux, » ac exstitit lux. Nam a tenebris separata est, et ab Opifice Dei nomen diei impositum. Est autem prima dies primi Hebræorum mensis, qui mensis ab iis Nisan dicitur; eademque quinta post vicesimam ejus mensis quem Romani Martium vocant; apud Ægyptios et septima mensis, quem ii Phamenoth appellant, estque iis in ordine vicesimus nonus. Ea die divinam Dei nostri Servatoris conceptionem castissimæ Virgini Dei Genitrici Gabrielus salutatione denuntiavit. Eadem die unigenitus Patris Filius, cum ex ea ineffabili modo natus omni suo in carne defunctus esset officio, e mortuis surrexit. Quam diem etiam Pascha Dominicum beati Patres nominarunt facto ejus rei initio ab ea ipsa sacra die vivificæ resurrectionis, quæ fuit anno ab origine mundi quinquies millesimo quingentesimo trigesimo. Praterea quidam beatorum et divino instinctu prædicatorum Patrum eadem die (nimirum 25 Martii) alterum Filii Dei et Servatoris nostri Jesu Christi adventum fore pronuntiaverunt, quo de omni anima est judicium acturus, quippe futurum sæculum rursum ab hac ipsa die inchoandum existimantes. Nota : prima ista die, quæ fuit Dominica sive prima post Sabbatum, fecit Deus cœlum et terram, spiritum et lucem, diem naturalem, quæ die ac nocte constat, ac (quod

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(14) Mihi religio fuit quidquam mutare, cum unico tantum uterer codice, et eo satis negligenter multis locis scripto. Nam plures duodecim mensibus habuisse Ægyptios nemo, quod sciam, tradidit. Annum aliquando iis menstruum, aliquando quadrimestrem fuisse Plutarchus in *Numa* aliique, et Augustinus etiam de *Civ. Dei* l. xv meminit. Sed hæc antiquitus : post duodecim mensibus eum definivisse constat. Cæterum Martium mensem ab Ægyptiis Phamenoth appellatum diserte testatur in *Aretcis* Theon, quo loco poeta sphæræ primarios circulos describit. Et Plutarchus novilunium mensis Phamenoth esse principium veris perspicue docet, Περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος. Xyl.

(15) Nicephorus quoque in sua *Chronologia* ab origine mundi quinquies mille quingentos annos usque ad Christum numerat. Verior autem et sacris Litteris demonstrata ratiocinatio docet Christum anno ab initio mundi 5963, anno ab u. c. 51 esse natum, initio jam anno imperii Augustini 41 ; id quod in Augusto Cedrenus quoque expressit. Xyl.

(16) Semel illud ὅτι volui indicare in mea versione, deinceps omissurus. Solent Græci recentiores capitibus eorum quæ aliunde collecta tumultuarie in suos commentarios transferunt, eam notam præfigere, sicut nos vulgo *item* vocabulum usurpamus. Apud Suidam id est frequentissimum et apud Eustathium. Xyl. — Plura deinceps se omissurum pollicitus scholiastes, hoc quoque præcipuum omittit in observationibus, vocabulo ὅτι, contracto charactere in mss. exemplaribus expresso ac in principio periodorum thesaurario congestarum semper præfixo, semel vel pluries aliud vocabulum σημείωσαι (ut ex eo, qua lecto qua subintellecto, cum alio ac sequentibus sensus integer habeatur: σημείωσαι ὅτι, etc.) in margine correspondere. Num integre fideliterque tot particulas expunxerit interpres, æquus lector judicabit. Goar.

(17) D. Augustinus ad *Casulanum*, epist 86, citato loco de una Sabbati, Actorum xx :. « Una Sabbati, inquit, tunc appellabatur dies qui nunc Dominicus appellatur, quod in Evangeliis apertius invenitur. Nam dies resurrectionis Domini prima Sabbati a Matthæo, a cæteris autem tribus una Sabbati dicitur ; quem constat eum esse qui postea Dominicus appellatus est. » Hæc ille. Ante eum Justinus Martyr Διαλόγῳ πρὸς Τρύφωνα ita rem explicarat : Μία γὰρ τῶν Σαββάτων πρώτη μένουσα τῶν πασῶν ἡμερῶν, κατὰ τὸν ἀριθμὸν πάλιν τῶν πασῶν ἡμερῶν τὴν κυκλοφορίαν ὀγδόη καλεῖται, καὶ πρώτη οὔσα μένει. Huc facinnt etiam quæ Eustathius annotavit ad versum *Iliad* II 173.

Τῆς μὲν ἰῆς στιχὸς ἦρχε Μενέσθιος αἰολοθώρηξ.

Quæ annotavi rudium causa, et ne cui temerarius viderer. Xyl

(18) Νυθχήμερον verti *diem naturalem*, qui integra æquinoctialis revolutione absolvitur. Xyl. — Docte magis et claro litteratus Allatius de mensura temporum cap. 3 : *Simile spatium est νυθχήμερον, quod scilicet elabitur interim dum sol exoriens vel obiens vel in meridie existens iterum an ortum vel meridiem vel occasum revertitur.* Goar.

erat istorum consectarium) tenebras : septem numero opera effecta. Africanus autem primum diem intelligentia tantum considerari ait, quod eatenus lux quæ ante omnia creata fuit, internosci non potuerit ac diffusa fuerit. Secunda naturali die firmamentum est factum : opus unum. Hoc autem nomen habet, propterea quod tenuis est et rara eorum quæ supra id atque infra sunt natura. Cœlum autem (Græce οὐρανός) dicitur, quod pellis instar videtur supra caput expansum. Tertia die terræ apparitio ac siccatio, paradisus, omnis generis arbores, herbæ et semina : quatuor opera. Arida autem seu cicca appellata fuit terra, quod nomen naturæ ejus proprium est : proprie enim siccum quod sit, terra est. Hæc ubi se injectis desuper aquis exoneravit, jussa porro est germinare. Jussa est autem producere animam viventem, ut indo cognosceretur bruti ac hominis animæ discrimen : nam brutorum anima ex terra est nata, hominis autem ex divina inspiratione orta est. Esse autem brutorum animam terrenam rursum ex ipsa potest intelligi Scriptura : dicit enim : « Anima omnis pecoris est sanguis ejus. » Porro sanguis concretus in carnem mutatur, caro suo interitu in terram dissolvitur. Itaque consentaneum est brutorum animam esse terrenam. Quarta die solem, lunam et stellas Deus fecit : tria opera, Luminarium ortus multiplicem universo utilitatem attulit, cum lucendo suoque splendore mundum affatim illustrando, tum ortu obituque suo tempora distinguendo. Tum qualia signa præbeant, luna declarat ; cujus cornua acuta ac pura si sint, constantem diei serenitatem promittit, sin obtusis cornibus ac subrubens appareat, aut largos imbres aut tempestatem fore indicat. Eodem modo sol quoque, si prunæ instar candeat ac sanguinis colore tinctos radios splendoremque edat, motum violentum imminere ostendit. Testes harum rerum sunt nautæ, agricolæ, viatores. Quinta die reptilia, quæcunque natant, cetos, pisces, et quæcunque in aquis vivunt.

τὸ σκότος, ὁμοῦ ἔργα ἑπτά. Ὁ δὲ Ἀφρικανὸς (19) τὴν πρώτην ἡμέραν νοητὴν λέγει, διὰ τὸ ἀδιάγνωστον εἶναι τέως τὸ πρωτόκτιστον φῶς καὶ κεχυμένον. Ἐν τῷ δευτέρῳ δὲ νυχθημέρῳ ἐγένετο στερέωμα (20), ἔργον ἕν. Στερέωμα δὲ ἐκλήθη τὸ δημιούργημα διὰ τὸ τὴν φύσιν τῶν ὑπερκειμένων ἢ ὑποκειμένων λεπτὴν εἶναι καὶ ἀραιάν, οὐρανὸς δὲ διὰ τὸ καθορᾶσθαι τρόπον δέρρεως ὑπὲρ κεφαλῆς ἠπλωμένος. Ἐν τῷ τρίῳ νυχθημέρῳ φανέρωσις γῆς καὶ ἀναξήρανσις, παράδεισος, δένδρα παντοῖα, βοτάναι καὶ σπέρματα, ἔργα τέσσαρα. Ξηρὰ δὲ ἐπεκλήθη ἡ γῆ, ἐπειδὴ καὶ ἴδιον αὐτῆς ἐστι κατὰ φύσιν τὸ πρόσρημα· τὸ γὰρ κυρίως ξηρὸν γῆ ἐστιν. Ἐπειδὴ ὥσπερ τι βάρος ἀπέθετο τὰ ἐπικείμενα αὐτῇ ὕδατα, λοιπὸν βλαστάνειν προσετάχθη. Ψυχὴν δὲ ζῶσαν ἐξαγαγεῖν ἐκελεύσθη, ἵν' ἐκ τούτου γινώσκηται τῆς τε ἀλόγου ψυχῆς ἡ διαφορὰ καὶ τῆς ἀνθρωπείας· ἐκ γὰρ γῆς ἐφύη τῶν ἀλόγων ἡ ψυχή, ἡ δὲ τοῦ ἀνθρώπου ἐκ τοῦ θείου ἐμφυσήματος συνέστη. Καὶ ὅτι γεηρά ἐστι τῶν ἀλόγων ἡ ψυχή, ἐξ αὐτῆς ἔστι γνῶναι πάλιν τῆς Γραφῆς· εἴρηται γάρ· « Ψυχὴ παντὸς κτήνους (21), τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐστιν. » Αἷμα δὲ πηγνύμενον εἰς σάρκα μεταβάλλεται· σὰρξ δὲ φθειρομένη εἰς γῆν ἀναλύεται. Εἰκότως οὖν γεώδης ἡ τῶν ἀλόγων ψυχή. Τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἥλιον, τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας, ἔργα τρία. Τῶν φωστήρων [P. 4] γενομένων πολυμερὲς τῷ παντὶ παρεσχέθη ὄφελος, ἔκ τε τοῦ φαίνειν καὶ ταῖς οἰκείαις λαμπηδόσι καταυγάζειν τὸν κόσμον πλουσίως, ἔκ τε τοῦ ἀνίσχειν καὶ καταδύεσθαι τὴν τῶν χρόνων ἀπαρίθμησιν γίνεσθαι. Ἀλλὰ καὶ τῶν σημείων, οἷα ἐστι διὰ τῆς σελήνης φαίνεσθαι. Λεπτὴ γὰρ οὖσα ταῖς κεραίαις καὶ καθαρὰ περὶ τὴν ἡμέραν, σταθηρὰν εὐδίαν καταπαγγέλλεται, παχεῖα δὲ ταῖς κεραίαις καὶ ὑπέρυθρος φαινομένη ἢ ὕδωρ λάβρον ἀπὸ νεφῶν ἢ χειμῶνα ἔσεσθαι μηνύει. Ὡσαύτως καὶ ὁ ἥλιος ἀνθρακώδης γενόμενος καὶ ὤφαιμος ταῖς ἀκτῖσιν ἢ τὸ ἀπαύγασμα βιαίαν κίνησιν δηλοῖ ἐπιγενέσθαι. Καὶ μάρτυρες τούτων πλωτῆρες, καὶ γεωργοί, καὶ ὁδοιπόροι. Τῇ ε' ἡμέρᾳ τὰ ἑρπετὰ, τὰ νηκτὰ πάντα, κήτη, ἰχθύες καὶ

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(19) Africanus scriptor fuit ecclesiasticus magni nominis. Eusebius citat de genealogia Christi ad Aristidem epistolam ejus lib. I *Histor. eccles.* 6, et Augustinus II *Retract*, et VII, et alii. Gotefridus Viterbiensis, qui historias conscripsit circa annum Domini 1600, Julii Africani chronica sub M Crasso scripta se habere affirmat. Quod ego ab inepto homine profectum puto, qui cum legeret Marcum, Crassum ascripserit crasso errore, qui præter M. Crassum nullum Marcum sciret. Quis enim non videt hoc ad Antonium debere referri ? Sane sub Commodo floruisse Cedrenus noster alicubi tradit. Eusebius *Hist. eccles.* VI, 31 sub Maximino eum innotuisse perhibet. Africani libros χρονογραφικῶν. Eusebius de *Præparatione evangelica* l. X citat, et alibi. Cæterum locus est obscurus, cum Cedrenus νοητὸν modo id dicat quod mente sola percipitur, modo id quod sub alio indicatur. Mihi de his philosophari non libet, cum Basilii, Ambrosii, Augustini aliorumque de re hac exstent doctissimæ disputationes. XYL.

(20) Vox *firmamentum* Græcæ voci στερέωμα videtur non pessime respondere. Cedrenus de cœlo interpretatur : alii aerem intelligunt, cum quibus facit Abnezra Judæorum, ut aiunt, doctissimus, teste Kimchi in Ps. XIX. Et Thargum Hierosolymitanum pro voce cui στερέωμα respondet, Genes. I posuisse aerem, testis est Elias Thesbitæ suo. Sed meum non fuit quidquam mutare. *Aridam* porro et *siccam* terram cognominari v. 6 usitatum est. Epitheton loco substantivi positum nescio an inveniatur apud Latinos, nisi quis Virgiliana hæc sic accipiat, *donec rostra tenent siccum*, *Æneid.* X, et alibi *exsilit in siccum*. Homerus quidem ἐπὶ τραφερήν τε καὶ ὑγρήν dixit *Iliad.* Ξ, 308, terram et mare notans humidi et sicci vocabulo : est enim τραφερὸν τὸ συμπαγὲς καὶ στερρὸν καὶ οὕτω τοῦ ὑγροῦ διεσταλμένον, solidum ac compactum probe. Jam cœlum παρὰ τὸ ὁρᾶν a videndo dictum esse opinio est recepta : et apud poetas Dorica dialecto ὁρανός positum ipsi animadvertimus. XYL.

(21) Omnis carnis, est in Levit. XVII σαρκός, non, ut Noster habet, κτήνους. XYL.

ὅσα ἐι τοῖς ὕδασιν, ἔτι τε καὶ πετεινὰ, ἔργα τρία. Τῇ ς᾽ ἡμέρᾳ τὰ τετράποδα, τὰ ἑρπετὰ γῆς, τὰ θηρία καὶ τὸν ἄνθρωπον, ἔργα τέσσαρα. Ὁμοῦ πάντα τὰ ἔργα εἰκοσιδύο, ἰσάριθμα τοῖς Ἑβραϊκοῖς γράμμασι, καὶ ταῖς εἰκοσιδύο αὐτῶν βίβλοις (22), καὶ ταῖς ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως Ἰακὼβ εἰκοσιδύο γενεαρχίαις, ὡς ἐν Λεπτῇ φέρεται Γενέσει, ἣν καὶ Μωσέως εἶναί φασί τινες ἀποκάλυψιν. Αὕτη τὰς οὐρανίους δυνάμεις τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ λέγει ἐκτίσθαι. Τίνος δὲ χάριν τὴν ζ᾽ ἡμέραν εὐλόγησεν ὁ Θεὸς, καὶ οὐ πάσας; φασί τινες. Λέγομεν οὖν ὅτι ἑκάστη τῶν ἄλλων ἐκ τῆς ἐν αὐτῇ γενομένης δημιουργίας ἔσχε τὴν εὐλογίαν· ἐπειδὴ δὲ ἔμελλεν αὕτη μόνη μένειν ἀγέραστος, μηδεμιᾶς ἐν αὐτῇ γενομένης δημιουργίας, τούτου χάριν ηὐλογήθη καὶ αὕτη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ ἡγιάσθη, καὶ Σάββατον ὡς καταπαύσιμος προσηγορεύθη, καὶ ὡς τύπος τῆς ἑβδόμης χιλιοετηρίδος καὶ τῆς τῶν ἁμαρτωλῶν συντελείας, ὡς Ἰώσηπος μαρτυρεῖ καὶ ἡ Λεπτὴ Γένεσις.

Τὰ θηρία καὶ τὰ τετράποδα καὶ τὰ ἑρπετὰ ὁμόφωνα ἦσαν πρὸ τῆς παραβάσεως τῷ ἀνθρώπῳ, διότι, φησὶν, ὁ ὄφις ἀνθρωκίνῃ φωνῇ ἐλάλησε τῇ Εὔᾳ. Πᾶσα δὲ λογικὴ φύσις (23) κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ· ταῦτα δὲ οὐκ εἰσὶ κατὰ εἰκόνα Θεοῦ· τὸν γὰρ ὄφιν ὁμολογοῦμεν λελαληκέναι τῇ Εὔᾳ, στόμα γενόμενον τῷ νοητῷ ὄφει, ἐν ᾧ ἐνεργήσας ὡς συνήθει ὄντι τῷ ἀνθρώπῳ παρὰ τὰ λοιπὰ θηρία δι᾽ αὐτοῦ ἠπάτησε τοὺς προπάτορας, ὁ μετὰ τοῦτο καὶ ἐν ἀψύχοις εἰδώλοις λαλήσας τοῖς ὑπ᾽ αὐτοῦ δελεασθεῖσι πολυτρόπως εἰδωλολάτραις. Τὸ δὲ εἶναι τὸν ὄφιν τετράπουν τὸ πρὶν καὶ μετὰ τὴν πονηρὰν εἰσήγησιν ἑρπυστικὸν, καὶ τὸν αὐτῷ ἐπὶ τὴν γλῶσσαν ἐντεθῆναι, [P. 5] οὐκ ἀπιστοῦμεν· Φρόνιμος δὲ ὁ ὄφις ἐκλήθη, ὅτι τὸ λογικὸν ζῶον τὸν ἄνθρωπον, καὶ τῶν ἄλλων ἀγχινοίᾳ διαφέρον, ἐξαπτὰν ἔμελλεν. Ἄλλοι δέ φασιν ὅτι οὐ τῷ κατὰ προφορὰν λόγῳ ὁ ὄφις ἐχρήσατο, ἀλλ᾽ οἱ πρωτόπλαστοι, ἅτε κακίας ὄντες ἀμιγεῖς, ἀκριβεστάτας εἶχον τὰς αἰσθήσεις καὶ πολὺ τῶν ἡμετέρων διαλλαττούσας, ὥστε τὴν ἀκοὴν αὐτῶν πάσης ὑπάρχειν φωνῆς ἀκουστικήν. Ἐπειδὴ γὰρ βασιλεὺς ὥσπερ πρνήχθη ἐν τῷ κόσμῳ ὁ ἄνθρωπος, εἰκότως κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ γεγέννηται· ἔδει γὰρ τὸν μέλλοντα ἄρχειν τῶν ἄλλων ὥσπερ τινὰ εἰκόνα εἶναι ἔμψυχον τῆς τοῦ παμβασιλέως ὁμοιότητος, οὐκ ἐν πορφύρᾳ καὶ σκήπτρῳ καὶ διαδήματι τὴν ἀξίαν ἐμφαίνοντα, ἐπεὶ μηδὲ τὸ ἀρχέτυπον ἐν τούτοις ἐστὶν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ κεκοσμῆσθαι τῇ ἀφθαρσίᾳ καὶ ἀθανασίᾳ, καὶ ἀρετῇ· τούτοις γὰρ τιμηθεὶς ὁ ἄνθρωπος τὴν πρὸς τὸ πρωτότυπον εἰκόνα καὶ ὁμοιότητα διασώζει. Ἔτι δὲ καὶ ἡ αὐτεξουσιότης τὸ βασιλικὸν καὶ ἐπηρμένον τῆς φύσεως τοῦ ἀνθρώπου καὶ πρὸς τὴν θείαν εἰκόνα

A ac præterea volucres Deus creavit: opera tria. Sexta die quadrupeda; ea quæ humi serpunt, bestias et hominem: opera quatuor. Numerus omnium operum simul viginti duo; quæ summa æquat numerum litterarum Hebraicarum, et rursus librorum quibus Judæi utuntur, itemque viginti duo gradum generis ab Adamo usque ad Jacobum, ut in parva Genesi legitur, quam etiam nonnulli aiunt esse Mosis patefactionem. Idem liber tradit cœlestes quoque potentias prima die creatas esse. Cur autem, inquiunt quidam, non omnes, sed septimum dumtaxat diem Deus faustum esse jussit? Respondemus, reliquarum unamquamque ex opificio quod ea die peractum est, suam habere prosperitatis denuntiationem: cum autem sola septima eo B honore esset caritura, nullo ea die opere condito, ideo ipsa quoque a Deo fausta esse jussa est ac consecrata et Sabbatum appellata; ut quæ requietem afferat, et repræsentet septimum annorum millenarium, finemque peccantium hominum, ut Josephus testatur et Parva Genesis.

Bestiæ ac quadrupeda et reptilia ante delictum communi cum hominibus 10 voce usa sunt. Nam (inquit) serpens humana voce Evam est alloculus. Omnis autem natura ratione prædita est secundum imaginem Dei. At vero ista non sunt facta secundum imaginem Dei. Etenim serpentem fatemur Evæ verba fecisse, ita quidem ut is oris loco fuerit serpenti, quem et significatum intelligentia deprehendimus. Hic illo, ut cum homine ples quam reliquis sit animantibus consuetudinis habente, usus C instrumento, generis nostri auctores decepit. Item postmodo etiam in simulacris inanimis locutus est ad variis modis a se inescatos simulacrorum cultores. Neque tamen non credimus serpentem initio fuisse quadrupedem, ac post malitiosam istam inductionem humi serpendi necessitate astructum, linguæque ejus virus impositum. Vocatus est serpens callidus, quod homini, animali ratione prædito et reliquis acumine mentis præstanti esset impositurus. Alii dicunt non expressis verbis usum serpentem, sed primo creatos homines, utpote ab omni malitia puros, acutissimos habuisse sensus multoque nostris præstantiores; itaque suo auditu omnia vocis genera percepisse. Quando enim in D mundum homo tanquam rex productus fuit, conveniebat eum ad imaginem Dei factum esse: quippe oportebat eum qui aliis esset imperaturus, veluti imaginem quamdam animatam esse similitudinis ejus qui Rex est omnium; qui non purpura, sceptro ac diademate dignitatem suam monstraret, quando et exemplar ad quod ille factus est nihil horum habet, sed eo quod interitus vacuitate, immortali-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(22) Receptius est, hodieque usitatum, libros Veteris Testamenti XXIV recenseri; unde etiam Vetus Testamentum, quæ sunt Judæorum biblia, ארבע ועשרים, id est, viginti quatuor, inscribuntur ac nominantur. De utraque sententia satisfaciet non nimis curioso lectori prologus D. Hieronymi in Biblia, qui galeati titulo exstat. XYL.

(23) *Ratione prædita* aut *sermone*: utrumque enim λογὸς significat; neque est hoc unquam sino illo, cum oratio sit quasi sensilis quædam ratio. XYL.

tale ac virtute exornatus esset: his enim rebus decoratus homo similitudinem imaginemque exemplaris ad ¶ quod effectus est, conservat. Jam libertas quoque potestatis suæ, naturæ humanæ regiam præstantiam inque ea divinæ imaginis similitudinem manifestissime demonstrat. Atque secundum hanc rationem homo manuum Dei opus dicitur ob dignitatem structuræ: omne enim hoc est consilii effectio. Porro hæc: « Faciamus ei adjutorem accomodatum ipsi; » propter futuram prolis procreationem dicit: adjuvat enim femina marem in propagando conservandoque genere. Effecta autem muliere, cum eam conspicatus esset Adamus, non ita affectus animo est ut qui mulierem cerneret, sed perinde ac se ipsum contemplans lætatus spiritu est, videns eam simili modo effictam. Sed et mulier virum contuens magno gaudio est perfusa, intelligens se ei esse adjunctam. Cæterum hæc verba, «Morte moriemini,» id significant, Mortales eritis; quomodo etiam Symmachus interpretatus est. Operari et custodire significant, illud gratiarum actionem et laudationem tot tantorumque bonorum præbitori rependere, hoc cavere ne quando per væcordiam sui benefactoris oblitus præsente felicitate ac vitæ commoditate excidat. Adami vocabulum *terrenum* signifit, Evæ *vitam*. Nam ii reipsa nominibus, quæ eos terrenæ ac carnalis vitæ principes ac parentes denotant, respondent, sicut Jesus Christus novus Adamus, et de qua nullum experta virum ipse natus est, cœlestis ac spiritualis vitæ primordium et causa sunt omnibus Dei filiis

¶ Notandum est quosdam, ita ut traditum antiquitus est, referre. Adamum centum annos in Paradiso exegisse. Alii tertia hora fictum sexta peccasse, nona ejectum perhibent, eo argumento utentes, quod hora sexta Dominus cruci affixus, nona pro nobis mortuus est, fortassis eo quoque in hanc adducti opinionem quod sub vesperam ad eos venit Dominus. Sed trium horarum spatium quo in paradiso Adamus moratus sit, breve admodum et nimis incredibile est ac magnificentia ejus qui universa impervestigabilibus sapientiæ judiciis dispensat, indignum. Qui enim in tribus istis horis Adamus ad imponendum omnibus terrestribus ac volucribus nomina tempus habuisset? Quando reliquis in paradiso fructibus vescendo, ad eorum fruitionis satietatem prolapsus cupiditatem gustandæ arboris qua ei interdictum fuit, in animum induxisset? Ut noxiam invidentiæ frudem et serpentis ad mulierem aggressus atque consultationem non commemorem, quæ ipsa amplius ee tempus requirebant. Quapropter probabile admodum ac credibile est sexta die et sexta hora delictum illud ab iis admissum, nonaque ejusdem diei hora Paradiso ae vita ob violatum Dei mandatum excidisse! sed anno demum septimo id factum, sicut ex antiquis quidam pronuntiarunt. Atqui Joannes Chrysostomus vir magni inter doctores nominis, in expositione sacri Evangelii quod a Matthæo conscriptum fuit, sexta die primæ ¶ septimanæ, hoc est die effictionis Adami, hunc et Evam Paradiso ejectos ait. Cui et nos fidem habemus, neque ulte-

A ἐμφερὲς προφανέστατα δείκνυσι. Κατὰ τοῦτον τὸν λόγον καὶ χειρῶν Θεοῦ ἔργον ὁ ἄνθρωπος διὰ τὴν τιμὴν τῆς κατασκευῆς· καὶ γὰρ βουλῆς ἐνέργεια τὸ πᾶν. Τὸ, « Ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν, » διὰ τὸ μέλλον τῆς παιδογονίας λέγει· συνεργεῖ γὰρ τὸ θῆλυ τῷ ἀνδρὶ πρὸς τὴν τοῦ γένους σύζησίν τε καὶ διαμονήν. Πλασθείσης δὲ τῆς γυναικὸς, ὡς εἶδε αὐτὴν ὁ Ἀδὰμ, οὐχ ὡς γυναῖκα θεώμενος ἔπασχεν, ἀλλ' ὡς ἑαυτὸν ὁρῶν πνευματικῶς ἡδύφαίνετο, τὴν ὁμοίαν βλέπων καὶ ταύτην ἔχουσαν κατασκευήν. Ὡσαύτως καὶ ἡ γυνὴ ὁρῶσα τὸν ἄνδρα μεγάλως ἠγάλλετο, κατ' αὐτὸν οὖσαν ἑαυτὴν ἐννοῦσα. Τὸ δὲ, « Θανάτῳ ἀποθανεῖσθε, » θνητοὶ ἔσεσθε σημαίνει, ὡς καὶ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν. Ἐργάζεσθαι καὶ φυλάσσειν σημαίνει, ἐργάζεσθαι μὲν τὴν εὐχαριστίαν

B καὶ τὴν αἴνεσιν τῷ τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀγαθῶν παροχεῖ, φυλάσσειν δὲ καὶ τηρεῖν, μήπως ἀπονοηθεὶς καὶ λήθην τοῦ εὐεργέτου λαβὼν τῆς ἐν χερσὶν ἀποπέσῃ μακαριότητος καὶ εὐζωΐας. Ἀδὰμ δὲ ἑρμηνεύεται γῆϊνος, Εὔα δὲ ζωή· καὶ γὰρ αὐτοὶ τῆς γηΐνης καὶ σαρκικῆς ζωῆς ἀρχηγοὶ καὶ πατέρες τῷ ὄντι χρηματίζουσιν, ὥσπερ τῆς οὐρανίας καὶ πνευματικῆς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ νέος Ἀδὰμ, καὶ ἡ ἀπειράνδρως αὐτὸν τεκοῦσα, ἀπαρχὴ καὶ αἰτία τοῖς πᾶσι τοῦ Θεοῦ τέκνοις εἰσίν.

C Ὅτι τινὲς ἐκ παραδόσεως ἑκατὸν ἔτη τὸν Ἀδὰμ ἐν τῷ Παραδείσῳ φασὶ πεποιηκέναι. Ἄλλοι δὲ τρίτην μὲν ὥραν πεπλάσθαι, ἕκτην [P. 6] δὲ παραβῆναι, ἐννάτην δὲ ἐκβεβλῆσθαι, τὸ ἐν ἕκτῃ μὲν ὥρᾳ ἐσταυρῶσθαι τὸν Ἰησοῦν, ἐννάτῃ δὲ τοῦτον ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανεῖν τεκμήριον τιθέμενοι. Ἴσως δὲ, ὅτι καὶ τὸ δειλινὸν ἦλθεν ὁ Κύριος πρὸς αὐτοὺς, εἰς ταύτην ὑπενεχθῆναι τὴν ὑπόνοιαν. Στενὸν δὲ κομιδῇ τὸ τρίωρον τῆς ἐν παραδείσῳ διατριβῆς τοῦ προπάτορος διάστημα, καὶ λίαν ἀπίθανον ὡς τῆς μεγαλοπρεπείας τοῦ τὰ πάντα δυσθεωρήτοις τοφίας κρίμασιν οἰκονομοῦντος ἀνάξιον, Πότε γὰρ ἐν τρισὶν ὥραις χερσαίοις τε καὶ πτηνοῖς πᾶσιν ὀνόματα καλεῖν εἶχε καιρόν; Πότε δὲ τῶν ἄλλων ἐν τῷ παραδείσῳ καρπῶν μεταισχὼν, καὶ τῆς αὐτῶν μεταλήψεως κόρον λαβὼν, εἰς ἐπιθυμίαν τῆς τοῦ ἀπηγορευμένου ξύλου γεύσεως ἐλήλυθεν; Ἵνα μὴ λέγω τὴν ἐπήρειαν τῆς βασκανίας καὶ τῆς τοῦ ὄφεως πρὸς τὴν γυναῖκα προσβολῆς καὶ συμβουλίας· καὶ γὰρ αὐτὴ πλείονος

D ἐδεῖτο τῆς τοῦ χρόνου τριβῆς. Διὰ ταῦτο μὲν ἐν ἕκτῃ ἡμέρᾳ καὶ ἐν ἕκτῃ ὥρᾳ τετολμῆσθαι τὴν παράβασιν, ἐννάτῃ δὲ ὥρᾳ τῆς αὐτῆς ἡμέρας τοῦ Παραδείσου καὶ τῆς ἐν αὐτῷ ζωῆς τοὺς ἀθετήσαντας ἐκπεσεῖν σφόδρα πιθανὸν καὶ πιστὸν, δι' ἐτῶν δὲ ἑπτὰ τοῦτο γενέσθαι, ὡς τῶν πρεσβυτέρων τινὲς ἀπεφήναντο. Ὁ δέ γε μέγας ἐν διδασκάλοις Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον ἁγίου Εὐαγγελίου τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τῆς πρώτης ἑβδομάδος, τουτέστι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τῆς πλάσεως αὐτοῦ, λέγει τὸν Ἀδὰμ ἐκβληθῆναι τοῦ Παραδείσου καὶ τὴν Εὔαν· ᾧ καὶ ἡμεῖς πειθόμεθα. Καὶ οὐ χρὴ ζητεῖν περαιτέρω τὰ

τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος σεσιγημένα, ἵνα μὴ ἀντὶ κέρδους μικροῦ μεγάλην ἐπισπασώμεθα ζημίαν.

Τὸ δὲ εἰρημένον ὅτι « Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, » οὐχ ὡς δι' ἀπειθείας ἐπὶ κακίαν προκόψαντος, ἀλλὰ διὰ τὸ εἰρηκέναι, « Κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. » Ἀλλὰ μή τις ὑπολάβῃ ὅτι τὸ ξύλον τοιαύτης ἦν φύσεως ὡς γνῶσιν παρέχειν καλοῦ καὶ κακοῦ. Οὐ γὰρ ἦν τι βλαβερὸν ἐν Παραδείσῳ, ὅρος δὲ ἐτέθη ἐπὶ τῷ φυτῷ πρὸς γυμασίαν τῆς ἐλευθεριότητος. Καὶ ὅτι οὐ τὸ ξύλον αἴτιον γνώσεως τῷ Ἀδὰμ γέγονε, δῆλον· ἡ γὰρ ἐντολὴ ὡς πρὸς εἰδότα ἄμφω ἐδόθη, τό τε καλὸν καὶ πονηρὸν, τήν τε ὑπακοὴν καὶ τὴν παρακοήν, ὥστε ἡ γνῶσις προῦλαβε τὴν ἐντολήν. Δέδοται δὲ αὕτη διὰ τὸ, ὡς εἴρηται, αὐτεξουσίῳ βουλήματι κινούμενον τον ἄνθρωπον, ἐπ' ἀδείας τε ἔχοντα ἀπό πάντων μεταλαμβάνειν τῶν ἄλλων δένδρων, ἑνὸς δὲ μόνου νόμῳ προσταττόμενον ἀπέχεσθαι, καὶ γινώσκειν ὡς ὑπὸ δεσπότην ἐστὶ τὸν καὶ τὴν ἐντολὴν δεδωκότα. Τὸ δὲ, « Διηνοίχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, » οὐχ ὡς τότε βλεψάντων [P. 7] τῶν πρωτοπλάστων εἴρηται (δείκνυνται γὰρ καὶ πρὸ τῆς βρώσεως ὁρῶντες ἐκ τοῦ λέγεσθαι· « Καὶ εἶδεν ἡ γυνὴ ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν καὶ ὅτι ἀρεστόν ἐστι τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν »)· ἀλλ' ὡς τὸ ἀπειρόκακον ἀποθεμένων διὰ παραβάσεως, ὃ καὶ τὴν γύμνωσιν ἀδιάφορον παρέσχεν, ἐρρήθη ὅτι διηνοίχθησαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί. Πέφυκε γὰρ ὁ ὀφθαλμὸς ἅπας ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ διεγείρεσθαι πρὸς ἃ βλέπει· σύνεσιν γὰρ καθ' ἑαυτὸν αὐτὸς οὐκ ἔχει. Ὥστε πολλάκις πρὸς ἕτερα τῆς διανοίας ἀσχολουμένης τυφλοῦ δίκην παρερχόμεθα ἐνίοτε καὶ τὸν πάνυ γνώριμον, καὶ ἐπειδὰν ἐγκληθῶμεν, τῇ ἀσχολίᾳ τοῦ λογισμοῦ τὸ αἴτιον ἀνατιθέντες ἀπολογούμεθα. Οὕτως οὖν ὁ Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα τῇ αἰσθήσει τοῦ νοῦ πρὸς τὴν ὄψιν διηγέρθησαν. Τὸ γὰρ, « ἔγνωσαν ὅτι γυμνοὶ ἦσαν, » ἀποκάλυψιν σημαίνει τὴν ἐγγενομένην τῷ λογισμῷ, οὐκ ἀνάβλεψιν ὀφθαλμῶν. Λεχθήσεται δὲ κἀκεῖνο, ὅτι πρὸ τῆς ἀπειθείας, ἐπειδὴ καιρὸν οὐκ εἶχε τὰ τῆς παιδοποιίας, οὐκ ἐδέδοτο παρὰ Θεοῦ ἡ παρατήρησις τῆς γυμνώσεως, ἀλλὰ διετέλουν ὡς ἄσαρκοι, σαρκικῆς διαθέσεως οὔπω καιρὸν ἔχοντες. Ἐπειδὴ δὲ ἡ ἀπείθεια ἐπισυμβᾶσα τὸ θνητὸν ἐπηγάγετο, εἰκότως λοιπὸν ἐνεδύθη τούτοις ἡ πρὸς ἀλλήλους αἰδώς· καὶ νενοήκασιν ὕστερον τῶν σχημάτων τὴν διαφοράν, προθεωρηθεῖσαν τῷ πλάσματι πρὸς τὸ ἀναγκαῖον τῆς τοῦ γένους διαδοχῆς. Ἐκ φύλλων δὲ συκῆς ἐποίησαν ἑαυτοῖς περιζώματα, αἰνιττομένων διὰ τοῦ ξύλου τὸν τρόπον τῆς κακοπραγίας· ὡς γὰρ ἡδὺς ὁ καρπὸς τῆς συκῆς, τραχὺ δὲ καὶ πικρότατον τὸ φύλλον, οὕτω πᾶσα ἁμαρτία ἐν μὲν τῇ πράξει δείκνυται ἡδεῖα, μετὰ δὲ ταῦτα ὀδύνην παρέχει τῷ πεπραχότι. Περὶ δὲ τῶν δερματίνων χιτώνων φησὶν ὁ θεολόγος Γρηγόριος ὅτι θνητὸν αὐτὸν ἀπεφήνατο ὁ Θεὸς νεκρότητι περιβάλλων. Τοῦτο γὰρ οἱ δερμάτινοι χιτῶνες σημαίνει ἀπὸ τοῦ λόγου τῆς τῶν ζώων νεκρότητος, ὅπως διὰ τῆς λύσεως τοῦ σώματος καὶ τῆς ὄψεως ἡ ἁμαρτία πᾶσα αὐτόπρεμνος διαφθαρῇ. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τοῦ Παραδείσου ἐκβάλλεται, ἵνα μὴ τῇ αὐτεξουσιό-

A rius inquirenda sunt quæ Spiritus sanctus in divinitus inspiratis Litteris reticuit, ne loco exigui lucri magnam nobis accersamus damnum.

Quod autem dictum est, « Adamus factus est tanquam unus ex nobis, » non eo referendum est quod per inobedientiam in vitium excidit, sed ad id quod dictum fuit : « Ad imaginem Dei condidit eum. » Neque opinari quispiam debet lignum ejus fuisse naturæ ut boni malique notitiam praberet : nihil enim in Paradiso erat noxium. Sed hæc arbor termini loco statua est, ut esset libertatis exercendæ materies. Ac liquet arborem Adamo non fuisse causam cognitionis quando præceptum ei tanquam utriusque cognitione prædito datum est, boni, inquam, et mali, obedientiæ et contumaciæ. Itaque cognitio præ-
B ceptum antegressa est. Hoc autem datum est, ut, quemadmodum diximus, voluntate, cujus ipse potestatem obtineret, motus homo, permisso ei ut fructibus omnium reliquarum arborum vesceretur, unaque tantum ut abstineret imperato, intelligeret ne sub Domino istius mandati auctore esse. Hæc autem, « Aperti sunt eorum oculi, » non dicuntur quasi tum demum videre cœperint (nam visu præditi etiam ante esum demonstratur ex his verbis, « Viditque mulier arborem et ad esum commodam et aspectu gratam »), sed eo pertinent, quod eo delicto omnis mali ignorationem, quæ nuditatem
14 quoque eis indifferentem redegerat, amiserunt. Omnis enim oculus, cum ipse a sese intellectum non habeat, ea est natura ut a ratione ad objectum
C quod videt excitetur. Itaque sæpenumero intellectu aliis rebus occupato etiam notissimos homines tanquam cæci præterimus, eoque nomine reprehensi rejecta in mentis occupationem causa nos purgamus. Sic ergo Adamus et Eva sensu mentis ad visionem excitabantur. Nam hæc, « cognoverunt se nudos esse, » patefactionem significant, quæ in ratione venit, non oculorum apertionem. Id quoque dicendum nobis. Ante defectionem, cum liberis dare operam nondum iis esset tempestivum, non dederat hoc illis Deus ut nuditatem corporis caverent, sed degebant veluti carnis expertes, nondum opportuno affectionis carnalis tempore. Sed postquam contumacia supervenieus mortalitatem introduxit, convenienter in posterum eis indita est mutua verecundia; ac postmodo animadverterunt
D figurarum diversitatem, jam ante provisam in ipso figmento ob generis propagandi necessitatem. Subligacula autem sibi fecerunt ex ficulnis foliis, rei male gestæ modum ex ejus arboris natura quasi per ambages indicantibus : quemadmodum enim fructus ficus dulcis est, folium asperum et amarissimum, sic omne peccatum actionem quidem habere jucundum ostenditur, postea vero dolorem ei qui peccavit affert. De pelliceis porro tunicis Gregorius Theologus sentit, Deum ita mortalitatem hominis declarasse, mortalis exuvio eum amiciens. Hoc 15 enim pelliceæ tunicæ designant, ratione ab animalium mortalitate ducta, ut dissolutione

corporis ac visus abolitione omne peccatum funditus aboleatur. Atque ob hanc causam etiam Paradiso expellitur, ne libertate voluntatis utens manum ligno vitæ injiceret, malumque ita immortale fieret.

A τητι κεχρημένος λάθῃ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς καὶ γένηται τὸ κακὸν ἀθάνατον.

Satanas Hebræorum lingua desertorem significat et adversarium. Diabolus a calumnia appellatur Græcis, qua Deum ab hominibus abalienavit.

Ὅτι ὁ Σατανᾶς κατὰ τὴν τῶν Ἑβραίων φωνὴν ἀποστάτης λέγεται καὶ ἀντικείμενος· διάβολος δὲ ὡς τὸν Θεὸν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους συκοφαντήσας εἴρηται.

Cainus primus inter homines homicida exstitit, Lamechus secundus: qui duas uxores duxit et duo homicidia fecit. Virum autem et adolescens quos interfecit, Enochi fuerunt fratres, qui certa impetrandi fiducia Deum precatus ne talem porro videre necem cogeretur, exauditus et e terra translatus est.

Ὅτι ὁ Κάϊν ἐν ἀνθρώποις πρῶτος φονεὺς ἐγένετο, δεύτερος δὲ ὁ Λάμεχ, δύο γυναῖκας λαβών, καὶ δύο φόνους ἐτέλεσε. Οὓς δὲ ἀνεῖλεν, ἄνδρα καὶ νεανίσκον, ἀδελφοὶ ἦσαν τοῦ Ἐνὼχ, ὃς καὶ πίστει προσευξάμενος τοῦ μὴ ἰδεῖν ἔτι τοιοῦτον θάνατον, ἀκουσθεὶς μετετέθη.

Abelus justitiam coluit: ideo aiunt cadaver ejus e conspectu hominum sublatum fuisse, quo post ipsum juste victuri in bonam spem vocarentur. Cainus primus aratrum invenit, urbemque Enou filio suo cognominem condidit. Idem post damnationem raptor fuit et alienis bonis inhiavit; primusque mensuras et pondera et limites excogitavit, suosque in unum conductos bello operam dare docuit. Idem ab eo tempore quo eum Deus exsecratus est, humilis fuit, omnesque ab eo prognati. Terram autem incoluit quæ tremens est et humilis, Adami mandato a Sethi progenie separatus. Cainum hunc Parva Genesis, quæ Mosi inscribitur, ruina domus suæ oppressum vitam finivisse tradit. Lapidibus enim fratrem suum Abelum necaverat: itaque ipse quoque lapidibus est interfectum.

[P. 8] Ὅτι Ἄβελ δικαιοσύνης ἐφρόντιζε· διὸ καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ φασὶν ἀφανὲς γεγονέναι τοῖς μετέπειτα δικαίοις ἀγαθὰς ἐλπίδας ὑποφαῖνον. Ὁ δὲ Κάϊν πρῶτος ἄροτρον εὗρε, καὶ πόλιν ἔκτισε ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἐνών. Καὶ ὅτι μετὰ τὴν καταδίκην ἅρπαξ καὶ πλεονέκτης ἐγένετο, μέτρα καὶ σταθμὰ καὶ ὅρους γῆς πρῶτος ἐπινοήσας, καὶ τοὺς οἰκείους εἰς ἓν συναγαγὼν ἐν πολέμοις ἀσχολεῖσθαι ἐδίδασκεν. Οὗτος χθαμαλὸς ἦν ἀπὸ τῆς κατάρας τοῦ Θεοῦ, καὶ πάντες οἱ ἐξ αὐτοῦ γενόμενοι. Ὤκει δὲ τὴν γῆν, ἥτις ἐστὶ τρέμουσα, χθαμαλὴν οὖσαν κεχωρισμένος ὑπάρχων ἀπὸ τῆς τοῦ Σὴθ γενεᾶς κατὰ πρόσταξιν τοῦ Ἀδάμ. Οὗτος ὁ Κάϊν, ὡς ἡ Λεπτὴ Μωσέως Γένεσις φησὶν, τῆς οἰκείας πεσούσης ἐπ, αὐτὸν τελευτᾷ· λίθοις γὰρ τὸν ἀδελφὸν Ἄβελ ἀπέκτεινε, καὶ λίθοις ὁμοίως καὶ αὐτὸς ἀπεκτάνθη.

B

Sethus Adami tertius filius recensetur, qui germana sorore sua, cui nomen Asuama, in matrimonium ducta Enosum procreavit. Sethi nomen restitutionem notat. Deus quoque idem appellatus est, ob splendorem faciei, quem per omnem vitam habuit. Qua gratia etiam Moses præditus velata facie cum Judæis loquebatur** * quadraginta annis. Idem Sethus septem errantibus stellis, Græci planetas vocant, nomina imposuit; cœlestiumque conversionum scientiam excogitavit, quam duabus columnis, lapideæ uni, alteri lateritiæ, inscripsit. Præsciebat enim universi interitum, quem si aqua afferret, lapideam superaturam, sin ignis, lateritiam; atque hanc etiamnum exstare in Sirido monte Josephus testatur. Idem Sethus Hebraicas litteras conscripsit. Nam ducentesimo trigesimo Adami anno natus est: cumque esset annorum duodecim, ablactatus; annoque Adami supra ducentesimum septuagesimo raptus ab angelo imbutus est cognitione futuro suorum posterorum impietatis, qui iidem Egregores appellantur et filii Dei, ac diluvii et

C

Ὅτι ὁ Σὴθ τρίτος υἱὸς ἀναγέγραται Ἀδάμ· ὃς τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν Ἀσουὰμ καλουμένην γήμας ἐγέννησε τὸν Ἐνώς. Σημαίνει δὲ Σὴθ ἐξανάστασιν. Ὠνομάσθη δὲ καὶ Θεὺς διὰ τὴν λάμψιν τοῦ προσώπου αὐτοῦ, ἣν ἔσχεν ἐν ὅλῃ αὐτοῦ τῇ ζωῇ. Ταύτην δὲ τὴν χάριν καὶ Μωσῆς ἔχων, τὸ κάλυμμα τιθεὶς ὡμίλει τοῖς Ἰουδαίοις. Ἐπὶ χρόνοις τεσσαράκοντα (24), τοῖς τε ἑπτὰ πλανήταις ὀνόματα τεθεικὼς, καὶ τὴν τῶν οὐρανίων κινήσεων σοφίαν ἐπενόησε. Καὶ στήλας δύο, λιθίνην τε καὶ πλινθίνην, κατασκευάσας ἐκεῖ ταῦτα ἔγραψεν, εἰδὼς τὴν τοῦ παντὸς φθορὰν καὶ ὡς εἰ μὲν ἐξ ὕδατος γένηται, τὴν λεθίνην σώζεσθαι, εἰ δὲ διὰ πυρὸς, τὴν πλινθίνην· ἥτις σώζεται, ὡς Ἰώσηπος μαρτυρεῖ, εἰς τὸ Σίριδον ὄρος, ἕως καὶ νῦν. Οὗτος καὶ τὰ Ἑβραϊκὰ γράμματα συνεγράψατο. Τῷ γὰρ διακοσιοστῷ τριακοστῷ ἔτει τοῦ Ἀδὰμ ἐγεννήθη ὁ Σὴθ, καὶ γενόμενος ἐτῶν δώδεκα' ἀπεγαλακτίσθη· καὶ τῷ διακοσιοστῷ ἑβδομηκοστῷ ἔτει τοῦ Ἀδὰμ ὁ Σὴθ ἁρπαγεὶς ὑπὸ ἀγγέλου ἐμυήθη τὰ περὶ τῆς παραβάσεως μέλλοντα ἔσεσθαι τῶν υἱῶν

D

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(24) Χρόνοις frequenter loco ἐνιαυτῶν ponit, quod facile est cuivis observare. Sed ante hæc verba deest aliquid: itaque asteriscum appinxi. Apud Josephum non est Siridus mons, sed κατὰ τὴν Συριαδὰ, in, Syria. Egregores quid vocabuli sit, non assequor. De coruscante Mosis facie res est ex sacris Litteris nota, Exod. XXXVI, II Corinth. III, etc. XYL. Filios Seth Deo dilectos, pios, proceros, formosos, sacerdotes, natarum Cain cupidine captos, necnon exortos ex profano cum iis complexu liberos Georgius Syncellus vocat Ἐγρηγόρους » ab auctore dictos Ἐγρήγορας, a patris Seth venustate: Εὐσεβὴς ἦν ὁ Σὴθ καὶ εὐδιάπλαστος σφόδρα, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ πάντες εὐσεβεῖς καὶ ὡραῖοι ἦσαν. GOAR.

αὐτοῦ (ἤτοι τῶν Ἐγρηγόρων, οἵτινες καὶ υἱοὶ Θεοῦ ἐλέγοντο) καὶ τὰ περὶ τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ τῆς παρουσίας τοῦ Σωτῆρος. Ἡμέρᾳ δὲ τεσσαρακοστῇ ἄφαντος γεγονὼς, ἐλθὼν διηγήσατο τοῖς πρωτοπλάστοις ὅσα ἐμυήθη διὰ τοῦ ἀγγέλου. Εὐειδὴς δὲ ἦν καὶ εὐδιάπλαστος σώματα αὐτός τε καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ γεννώμενοι, Ἐγρήγορες καὶ υἱοὶ Θεοῦ διὰ τὴν λάμψιν τοῦ προσώπου τοῦ Σὴθ λεγόμενοι· καὶ τὴν ὑψηλοτέραν γῆν τῆς Ἐδὲμ ᾤκουν, πλησίον τοῦ παραδείσου ἀγγελικῶς βιοῦντες, ἕως τοῦ χιλιοστοῦ κοσμικοῦ ἔτους. Τούτων τὴν ἐνάρετον πολιτείαν μὴ φέρων ὁ ἀρχέκακος βλέπειν, εἰς τὴν ὡραιότητα τῶν θυγατέρων τῶν ἀνθρώπων ἤτοι τοῦ Καὶν αὐτοὺς ἔτρωσεν.

[A. 9.] Ὅτι τὸ, « Ἐνὼς ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ πρῶτος » προσαγορεύεσθαι ὀνόματι Θεοῦ, ἔστιν (25). Ἐνὼς γὰρ ἑρμηνεύεται ἄνθρωπος κατὰ τὸν Ἑβραϊκὸν νοῦν· οὕτως ὁ Σωτὴρ υἱὸς ὄντως ἀνθρώπου, κατὰ τὸν φυσικὸν λόγον Ἀφρικανοῦ. Ἐνὼς δὲ γεννᾷ τὸν Μαλελεὴλ, ὁ δὲ τὸν Ἰάρεδ, ἐξ οὗ Ἐνώχ. Οὗτος πρῶτος γράμματα μανθάνει καὶ διδάσκει, καὶ θείων μυστηρίων ἀποκαλύψεως ἀξιοῦται. Καὶ πρώτη περίοδος τῶν πεντακοσίων τριάκοντα δύο ἐτῶν πληροῦται· ἦν δὲ χρόνος τοῦ μὲν Σὴθ τριακόσιοι δύο, τοῦ δὲ Ἐνὼχ ἐννενηκονταοκτώ.

Ὅτι Ἀδὰμ τῷ ἑξακοσιοστῷ ἔτει μετανοήσας ἔγνω δι' ἀποκαλύψεως τὰ περὶ τῶν Ἐγρηγόρων καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ τὰ περὶ μετανοίας καὶ τῆς θείας σαρκώσεως, καὶ περὶ τῶν καθ' ἑκάστην ὥραν ἡμερινὴν καὶ νυκτερινὴν ἀναπεμπομένων εὐχῶν τῷ Θεῷ ἀπὸ πάντων τῶν κτισμάτων δι' Οὐριὴλ τοῦ ἐπὶ τῆς μετανοίας ἀρχαγγέλου, οὕτως· Ὥρᾳ πρώτῃ ἡμερινῇ πρώτη εὐχὴ ἐπιτελεῖται ἐν τῷ οὐρανῷ, δευτέρᾳ εὐχὴ ἀγγέλων, τρίτῃ εὐχὴ πτηνῶν, τετάρτῃ εὐχὴ κτηνῶν, πέμπτῃ εὐχὴ θηρίων, ἕκτῃ ἀγγέλων παράστασις καὶ διάκρισις πάσης κτίσεως, ἑβδόμῃ ἀγγέλων εἴσοδος πρὸς Θεὸν καὶ ἔξοδος ἀγγέλων, ὀγδόῃ αἴνεσις καὶ θυσίαι ἀγγέλων, ἐννάτῃ δέησις καὶ λατρεία ἀνθρώπου, δεκάτῃ ἐπισκοπαὶ ὑδάτων καὶ δεήσεις οὐρανίων καὶ ἐπιγείων, ἑνδεκάτῃ ἀνθομολόγησις καὶ ἀγαλλίασις πάντων, δωδεκάτῃ ἔντευξις ἀνθρώπων εἰς εὐδοκίας. Τῷδὲ ἐνακοσιοστῷ τριακοστῷ ἔτει Ἀδὰμ ἐκοιμήθη κατ' αὐτὴν τῆς παραβάσεως ἡμέραν, καὶ εἰς τὴν γῆς ἐξ ἧς ἐλήφθη ἀπῆλθε, καταλείψας ἄρρενας υἱοὺς λγ' καὶ θυγατέρας κζ'. Οὗτος ἡγεμόνευσε τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων δι' ὅλης αὐτοῦ τῆς ζωῆς. Ἡ δὲ ταφὴ αὐτοῦ κατὰ τὴν τῶν Ἱεροσολύμων γῆν γονε γῆν, ὡς Ἰώσηπος ἱστορεῖ. Τῷ αὐτῷ χρόνῳ καὶ Κάϊν ἀπέθανε, πεσόντος ἐπ' αὐτὸν τοῦ οἰκήματος, μετ' ἐνιαυτὸν ἕνα τῆς τοῦ Ἀδὰμ τελευτῆς.

A adventus Servatoris. Cum autem quadragesima die rursum in hominum conspectum rediisset, parentibus ea quibus ab angelo initiatum diximus recitavit. **17** Formosus autem admodum fuit, et pulchre facto corpore cum ipse tum et prognati, Egregores et Dei filii ob Sethi faciei splendorem dicti ; terramque Edenis subliniorem incoluerunt, vicinique paradiso vitam angelorum vitæ similem egerunt usque ad millesimum mundi annum. Quorum honestam vitæ consuetudinem auctor primus malorum intueri non sustinens, formositate filiarum hominum, id est Caini, eos sauciavit.

Hæc verba « Enosus primus speravit appellari nomen Domini Dei, » hoc significant, nomine Dei vocari : nam Hebraica lingua Enosus homo est. Sic Servator Filius vere hominis, ut Africanus in naturali oratione auctor est. Enosus Maleleelem genuit, is Jaredum. Hoc Enochus nascitur. Enochus primus didicit ac docuit litteras, ac divinorum arcanorum patefactione dignus est habitus. Tum prima quingentorum triginta duorum annorum revolutio perfecta est, annum agente Setho secundum a trecentesimo, Enocho nonagesimum octavum.

Adamus sexcentesimo anno cum resipuisset, patefactione divina de Egregoribus et diluvio edoctus est, ac de pœnitentia et incarnatione Dei, atque de precibus quæ ad Deum ab universis creaturis diei ac noctis singulis horis perferuntur ab Urielo, qui angelorum princeps (archangelum Græci vocant) pœnitentiæ præpositus est. Res ita habet: **18** Prima diei hora preces peraguntur primæ in cœlo, secunda preces angelorum, tertia volucrium, quarta jumentorum, quinta bestiarum : sexta angeli assistunt, omnesque dicernuntur creaturæ ; septima ad Deum angeli intrant et exeunt ; octava laudatio et sacrificia angelorum, nona precatio et cultus ab hominibus, decima aquarum inspectio precesque cœlestium et terrestrium, undecima mutua confessio et exultatio omnium, duodecima interpellatio hominum Deo accepta. Adamus noningentesimo tricesimo anno vita defunctus est, eadem qua olim deliquerat die ; et in terram, unde fuerat desumptus, reversus est, relictis filiis 33, filiabus 27. Imperavit autem hic humano generi per totam suam vitam. Sepultus est in terra Hierosolymitana, ut Josephus narrat. Eodem tempore Cainus quoque obiit, uno post Adami mortem anno, corruente supra eum domo sua.

B C D

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(25) Hoc vult, Enosum Dei nomine appellatum fuisse. Sed ineptæ sunt hæ nugæ, et quæ (ne de Hebraica veritate dicamus) usu Græcæ linguæ refelluntur. Est enim medium, ut vocant, verbum ἐπικαλέομαι, *invoco*, quod nemo nescit nisi qui biblia Græca non legit. Enosus ergo, qui a vitæ humanæ miseriis hoc nomen habet (quod Hebraice eruditi norunt, et hoc loco demonstrare intempestivum est) inter eas primus in Deo spem suam reposuit eumque fiduciæ plenus invocavit. Porro locus videtur corruptus : manifesto quidem falsum est Mahalaleelem fuisse Enosi filium, cujus fuit ex Cenano nepos. Quod sequitur de Urielo, ambiguum est isne Adamum docuerit an preces ad Deum deferat ; quam ego ambiguitatem reliqui. Prius probo, quia Urielus idem post Enochum quoque quædam docuisse traditur. XYL.

Post Adamum Sethus humano generi praefuit. Anno ab origine mundi 1200, qui fuit Jaredo vitae annus quadragesimus, Setho septingentesimus septuagesimus, Egregores Sethi progenies errore ducti descenderunt, ac sibi mulieres de filiabus hominum sive Caini desumpserunt, atque gigantes illos celebres genueraverunt. Gigantes hi propter justum Sethum fuerunt robusti ac vastissimis corporibus, monstrosique **19** ob id et abominandi, unde et nomen iis impositum, propter impium vero Cainum validi, fortissimi et firmissimo robore, vita homicidiis et impietati ac lasciviæ deditissima. Quidam hos anguipedes cognominarunt, sive quod venenatæ bestiæ in morem efferatus eorum animus nullaque bona erat cogitatio, sive quod, ut nonnulli memoriæ prodidernnt, bellum cum quibusdam in excelso habitantibus gerentes manibus, pedibus ac in ventrem proni anguium in modum sursum reptassent, a quibus etiam sæpe multi desuper telis conjectis interfecti sunt. Horum multos cœlitus Deus igneis globis sive fulminibus ictos absumpsit; cum autem reliqui nullo pœnæ sensu moverentur neque quiddam de flagitiosa vita desciscerent, postea diluvio universos sustulit. Hi in monte Hermonim conjuraverunt se uxores ex filiabus hominum seu progenie Caini sibi delecturos; montique id nomen indidere, quod in eo conjurassent seque diris mutuo obstrinxissent. Hi suas uxores veneficia et incantationes docuerunt; primusque Azaelus, decimus ipsorum princeps (nam eorum qui descenderunt principes ducenti erant), docuit eos gladios ac thoraces fabricari omniaque instrumenta bellica, tum ex visceribus terræ aurum, argentum et reliqua metalla eruere. Similiter quivis principum aliquid docuit: alius corporis exornationem, alius pretiosos lapides et tincturas, alius radices herbarum, alius sapientiam et ea quæ incantationes inefficaces redderent, alius **20** astronomiam et siderum observationem, alius astrologiam, alius aeris considerationem, alius terræ signa, alius solis et lunæ. Itaque tum neque Babyloniorum erat neque Chaldæorum regnum, ut Berosso et eum secutis contra sacras Litteras placuit; neque Ægyptorum principatus, ut Manetho tradidit, Ægyptiorum gentem extollendi studio mentiens. Etenim principium regni Babyloniorum sive Chaldæorum a Nemrodo ducitur, qui ad annos 630 post diluvium floruit. Quicunque vero de his fabulosius scripserunt, ii quæ ex divinitus inspirata nostra Scriptura suffurati erant, sibi vindicarunt; pro-

A Ægyptum abiit ad stirpem Chami, qui erat filius Noe. Ab iis est cum honore acceptus, ibique permansit omnes præ se despiciens et Auream vestem gerens. Philosophatus est autem apud Ægyptios valicinans, ut erat natura disertus. Adorabatur ab iis, ac Mercurius 34 deus appellabatur, quod futura prædiceret, ac divinitus nimirum de iis quæ post essent eventura responsa administraret, pecuniamque suppeditaret; itaque etiam divitiarum datorem vocabant, pecuniæ deum putantes.

Inferioribus temporibus Phœnice regnante, Hercules fuit philosophus cognomento Tyrius. Is, purpuram invenit. Cum enim in eam Tyri partem ascendisset quæ ad mare pertinet, pastoris canem vidit concham vorare, pastoremque a cane sangui-
B nem emitti putantem, lana ab ove accepta quod ex ore canis defluebat abstergere. At Hercules, qui rem observaret, tincturam ejus lanæ egregiam cum admiratione vidit; animadversoque liquorem eum ex concha ista fluxisse, lanam istam magni doni loco ad regem Tyri Phœnicem attulit. Is, spectaculo tinctura istius attonitus, jussit hoc modo lanam tingi atque ex ea sibi regiam vestem parari; qua primus hominum indutus omnibus admirationi fuit. Nam antea temporis colorum tincturam ignoraverant homines. Longo post tempore Romani, Phœnicia subacta, veram et antiquæ respondentem purpuram ad regium amictum adhibuerunt. Numa, qui post Romulum et Remum Romæ regnavit, cum ad eum Pelasgorum legati venissent chlamydes
C gestantes prætextas coccino, quales etiam Isauri gestant, ea forma delectatus primus instituit ut a Romanis chlamydes gestarentur, a 35 regibus purpureæ, prælextæ auro, a senatoribus et iis qui cum magistratu aut imperio essent aliæ quæ pro indicio regii gestaminis purpura essent prætextæ; quo significaretur Romanæ rei publicæ dignitas et subjectio. Edixitque ne quis sine hujusmodi chlamyde in palatium suum intromitteretur.

Phœnix Agenoris filius vir fuit sapiens, qui philosophiam de numeris conscripsit litteris Punicis. Exposuit etiam principia incorporea et corporum
D mutationes animarumque in alterius generis animalia migrationes. Primus hic ista exposuit, ut Clemens homo doctissimus scriptum reliquit.

A morte Mercurii Vulcanus regnum Ægypti per annos quatuor cum semisse tenuit. Ferent hunc

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(35) Non observavi alibi ταβλία. Videntur autem sic appellari panniculi, quibut oræ laneæ prætexerentur, *die bram*. Nisi quis clavos malit, de quo alias. ῥούσιον verti coccinum. Russatorum aurigarum fuit genus, quod in Nerone Xiphilinus ex Dione πορφυρᾷ σκευῇ appellat. Meminit Plin. VII, 53. Plerique roseum vocant hunc colorem, neque sane a rubore sanguineo colore præditarum rosarum color est alienus. Coccinum talem aurigam appellat alicubi Martialis. XVI. — Nil dubium quin voce ταβλίων Romanorum *latus clavus et limbus purpureus* vestem insigniter prætexens sit intelligendus. ῥούσιον enim χρῶμα *roseus* est sive *purpureus color*, atque unus ex iis quos inter aurigandum factiones ostentasse scribit auctor in Michaele Theophili filio. Prasino porro, Veneto et Candido ῥούσιον adjungit, quem *roseum* interpretantur. GOAR.

bellatorem fuisse, ac cum equo corruentem pedem fregisse, unde ad mortem usque claudus permanserit. In deorum numerum eum Ægyptii retulerunt, quod lege lata ipsorum uxores uno viro contentas esse et pudice vivere jussisset, suppliciumque in adulteras constituisset; aut vero, ut Plato vult, quod eis bellicorum et rusticorum instrumentorum ex ferro fabricationem demonstrasset: ante ipsum enim lapidibus et fustibus prœliabantur. Hunc mystica quadam precatione aiunt ex aere forcipem impetrasse, atque ita Ægyptiis æris fabricandi ariem tradidisse.

36 Vulcano defuncto filius nomine Sol successit ac rex Ægyptiorum annis viginti semis fuit. Post hunc Sosis, inde Osiris, postea Orus, tum Thules Ægyptum, alius post alium rexerunt. Thules omnem terram usque ad Oceanum occupavit: inde in Africam reversus oraculum consuluit, quisnam se prior tantum potestatis habuisset, ac quis post ipsum tantumdem habiturus esset. Ita ei responsum perhibetur: (« Principio deus, hinc sermo, atque his spiritus junctus. Hæc tria cognata: est illis æterna potestas. Mortalis, celeri gressu te hinc protinus aufer, incertam degens dubio conamine vitam. ») Ferunt hunc, ubi primum æde oraculi egressus est, a suis esse in ipsa Africa jugulatum. Successit ei Sesostris, ac 20 annis regnum in Ægyptios gessit. Hic Assyrios, Chaldæos et Persas usque ad Babylonem subegit, Asiamque et Europam, Mysiam et Scythiam. Reversus quindecim millia Scytharum juvenum delectos, qui bellatores essent optimi, in Perside collocavit. Sub hoc ferunt Mercurium in Ægypto innotuisse, admirabilem virum et sapientiæ causa stupendum. Is Dei universi hujus Conditoris tres esse maximas facultates, unicam vero divinam naturam dixit. Itaque etiam Trismegistus Hermes, quod est *Mercurius termaximus*, denominatus est. Hujus ad Æsculapium quendam hæc sunt verba: « Erat lux intelligens ante lucem intelligentem; eratque semper mens quæ mentis causa esset, neque quidquam erat aliud quam hujus mentis unitas. Ea mens cum semper in sese ipsa sit, semper sua ipsius mente luce atque spiritu universa continet. **37** Extra eam mentem neque deus est neque angelus, neque daemon, neque alia ulla natura. Omnium enim Dominus Deus et Pater est. Sub ipso et in ipso omnia sunt. Sermo enim ipsius, qui perfectus omnibus modis est et fecundus ac opifex, ab ipsa progressus mente inque aquam, cujus est fertilis natura, incidens, fetam aquam reddidit. » Hæc fatus Hermes sic precatus est: « Adjuro te, cæli magni opifex: adjuro te, vox Patris, quam primam edidit, unigenitum suum Verbum, propitius esto. » Beatus

δὲ, φασὶ, πολεμιστὴς, ὃν συμπεσόντα τῷ ἵππῳ πλῆγῆναι τὸν πόδα καὶ χωλεύοντα ἄχρι τέλους διαρκέσαι. Ἀπεθεώθη δὲ ὁ Ἥφαιστος ὑπὸ Αἰγυπτίων διὰ τὸ νομοθετῆσαι μονανδρεῖν καὶ σωφρόνως βιοῦν τὰς γυναῖκας τῶν Αἰγυπτίων, τὰς δὲ μοιχευομένας τιμωρεῖσθαι, ἀλλὰ μὴν καὶ ὃς ὁ Πλάτων, πολεμικῶν καὶ γεωργικῶν ἐργαλείων τὴν ἐκ σιδήρου κατασκευὴν αὐτοῖς ὑποδείξαντα· λίθοις γὰρ καὶ ῥοπάλοις ἐπολέμουν πρὸ αὐτοῦ, τοῦτον δὲ φασι διὰ μυστικῆς εὐχῆς τὴν ὁξυλάβην δεξάμενον ἐκ τοῦ ἀέρος, οὕτω τὴν χαλκευτικὴν Αἰγυπτίοις παραδοῦναι.

Μετὰ δὲ Ἥφαιστον ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἥλιος καλούμενος ἐπὶ εἴκοσι [P. 20] καὶ ἥμισυ ἔτη τῆς Αἰγύπτου ἐβασίλευσε, καὶ μετ' αὐτὸν Σῶσις, εἶτα Ὄσιρις, μεθ' ὃν Ὧρος, καὶ μετ' αὐτὸν Θούλης, ὃς καὶ ἕως τοῦ Ὠκεανοῦ πᾶσαν τὴν γῆν παρείληφεν. Ἐπὶ δὲ τὴν Ἀφρικὴν ὑποστρέφων εἰς τὸ μαντεῖον ἐπυνθάνετο τίς πρὸ αὐτοῦ καὶ τίς μετ' αὐτὸν οὕτω δυνήσεται· ἀκοῦσαι δὲ τοῦ χρησμοῦ οὗτος· « Πρῶτα Θεὸς (36), μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς· σύμφυτα δέ εἰσι τάδε, ὧν κράτος αἰώνιον. Ὠκέσι ποσὶ βάδιζε, θνητέ, ἔβηλον διανύων βίον. » Τοῦτον εὐθὺς τοῦ μαντείου ἐξελιλυθότα οἱ ἴδιοι ἐν αὐτῇ τῇ Ἀφρικῇ κατέσφαξαν. Μετὰ δὲ τοῦτον Σέσωστρις τῶν Αἰγυπτίων ἐπὶ εἴκοσιν ἔτη ἐβασίλευσεν. Οὗτος Ἀσσυρίους καὶ Χαλδαίους καὶ Πέρσας ἕως Βαβυλῶνος ὑπέταξε, καὶ τὴν Ἀσίαν, Εὐρώπην, καὶ Μυσίαν καὶ Σκυθίαν. Ὑποστρέφων δὲ δεκαπέντε χιλιάδας ἀνδρῶν νεανίσκων, Σκυθῶν μαχιμωτάτων ἐπιλέκτων, ἐν τῇ Περσικῇ γῇ κατῴκισεν. Ἐπὶ τούτου Ἑρμῆν φασιν ἐν Αἰγύπτῳ θαυμαστὸν ἄνδρα γνωσθῆναι καὶ φοβερὸν ἐπὶ σοφίᾳ· ὃς ἔφρασε τρεῖς μεγίστας εἶναι δυνάμεις τοῦ Δημιουργοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, μίαν θεότητα εἶναι εἶπε· διὸ καὶ Τρισμέγιστος Ἑρμῆς κατωνόμασται. Ὅς οὕτω πρός τινα Ἀσκληπιὸν αὐτοῖς ῥήμασιν ἔφη· « Ἦν φῶς νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ, καὶ ἦν ἀεὶ νοῦς νοῦ αἴτιον, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἢ ἡ τούτου ἑνότης. Ἀεὶ ἐν αὐτῷ ὢν ἀεὶ τῷ ἑαυτοῦ νοῒ καὶ φωτὶ καὶ πνεύματι πάντα περιέχει. Ἐκτὸς τούτου οὐ θεὸς, οὐκ ἄγγελος, οὐ δαίμων, οὐκ οὐσία τις ἄλλη· πάντων γὰρ Κύριος καὶ Θεὸς καὶ Πατήρ· καὶ πάντα ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ ἐστιν. Ὁ γὰρ λόγος αὐτοῦ προελθὼν παντέλειος καὶ γονιμος καὶ δημιουργὸς, ἐν γονίμῳ φύσει πεσὼν (37), ἐν γονίμῳ ὕδατι, ἔγκυον τὸ ὕδωρ ἐποίησεν. » Οὕτως εἰπὼν ὁ Ἑρμῆς ἠύξατο· « Ὁρκίζω σε, οὐρανοῦ μεγάλου ἐργάτα, ὁρκίζω σε, φωνῇ Πατρὸς ἣν ἐφθέγξατο πρώτην, τὸν μονογενῆ λόγον αὐτοῦ, ἵλεως ἔσο. » Τῶν φωνῶν τούτων καὶ ὁ ἱερὸς Κύριλλος ἐμνήσθη εἰπὼν ὅτι καὶ ὁ Τρισμέγιστος Ἑρμῆς Τριάδα ὡμολόγει. Ὁ δὲ Σέσωστρις μετὰ τὴν νίκην τὴν Αἴγυπτον καταλαβὼν τελευτᾷ. Ἀνέστη δὲ μετ' αὐτὸν βασιλεὺς ἐπ' Αἴγυπτον Φαραὼ ὁ καὶ Ναρεχὼ καλούμενος, κρατήσας ἔτη, ὥς φασι,

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(36) Versus sunt confusi in Græco, quorum sententiam conatus sum edere. Xyl.

(37) Apud Suidam in Ἑρμῆς hæc eadem, paucis mutatis, referuntur. Sed vitiose ibi legitur παῖς ὤν καί sicut contra nos viliose ἑαυτῷ paulo ante pro αὐτῷ habebamus. Sed et precatio apud Suidam nonnihil variat. Xyl.

πεντήκοντα· ἐκ τούτου οἱ ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ καταγόμενοι βασιλεῖς Φαραὼ προσαγορεύονται. Ἕως ὧδε αἱ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῖαι.

A quoque Cyrillus harum vocum mentionem fecit, dicens quod etiam Hermes Trismegistus Trinitatem sit confessus. Cæterum Sesostris parta victoria Ægyptum adeptus decessit vita. Post eum rex Pharao exstitit, qui et Narecho dicitur. Regnavit annos, ut aiunt, quinquaginta. Ab hoc genus ducentes reges Pharaones appellati sunt. Hactenus regnum Ægyptiorum.

Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις Πίκου τοῦ καὶ Διὸς ἀνεφάνη τις ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Ἰάφεθ ἐν χώρᾳ τῶν Ἀργείων, Ἴναχος λεγόμενος. [P, 21] Ὃς καὶ ἐν αὐτῇ βασιλεύσας κτίζει πόλιν Ἰὼ καὶ Ἰώπολιν ἐκάλεσε ταύτην εἰς ὄνομα τῆς σελήνης· οἱ γὰρ Ἀργεῖοι τὴν σελήνην Ἰὼ καλοῦσιν. Ἔσχε δὲ καὶ θυγατέρα Ἰώ· ἐκ ταύτης ὁ Ζεὺς θυγατέρα ἔσχε τὴν Λιβύην. Αὐτὴ ἡ Ἰὼ ἐπεὶ ἐμίγη τῷ Διΐ, αἰσχυνθεῖσα τὸν πατέρα φεύγει εἰς Αἴγυπτον, ἐκεῖσε δὲ τὸν Ἑρμῆν βασιλέα εὑροῦσα ἐπεὶ τὸ Σίλπιον ὄρος τῆς Συρίας μεταβαίνει, ὅπου Σέλευκος ὁ Μακεδὼν ὕστερον εἰς ὄνομα τοῦ ἰδίου υἱοῦ τὴν μεγάλην Ἀντιόχειαν ᾠκοδόμησεν. Ἐκεῖ οὖν ἡ Ἰὼ τελευτᾷ. Ἴναχος δὲ ὁ ταύτης πατὴρ πολλοὺς εἰς ἀναζήτησιν αὐτῆς πεπομφὼς, ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς αὐτῆς ἀδελφούς, παρήγγειλεν, εἰ μὴ αὐτὴν ἀγάγοιεν, μηδὲ αὐτοὺς ἐπανελθεῖν. Οἱ δὲ τὴν Αἴγυπτον διαβάντες καὶ πρὸς Συρίαν ἐλθόντες ὄναρ θεωροῦσι δάμαλιν ἀνθρωπίνῃ φωνῇ χρηματίζουσαν οὕτως· « Ἰνθάδε εἰμὶ ἐγὼ ἡ Ἰω. » Διττοναθέντες οὖν ἐκεῖ ἱερὸν καὶ πόλιν, ἣ καὶ Ἰώπλιν ὠνόμασαν, οἰκοδομήσαντες ἔμειναν, μὴ τολμῶντες πρὸς Ἴναχον ἐπανελθεῖν Λιβύη δὲ ἡ θυγάτηρ αὐτῆς, ἣν ἐκ Διὸς ἔσχεν, ἐγαμήθη Ποσειδῶνι τῷ Κρόνου μὲν υἱῷ, ἀδελφῷ δὲ Διός. Τούτοις τρεῖς παῖδες, Ἀγήνωρ καὶ Βῆλος καὶ Ἐνυάλιος ἐνέχθησαν. Ὧν ὁ Βῆλος μὲν τὴν Σίδα γεγάμηκεν, ἀφ' ἧς Αἴγυπτον καὶ Δαναὸν ἔσχεν υἱοὺς, ἐξ οὗ καὶ ἡ χώρα Αἴγυπτος κέκληται· ὁ Ἀγήνωρ δὲ ἐπὶ τὴν Φοινίκη, ἐλθὼν ἠγάγετο τὴν Τυρὼ, ἐξ ἧς Κάδμος ἐγεννήθη καὶ Φοῖνιξ καὶ Σώρος καὶ Κίλιξ καὶ θυγάτηρ Εὐρώπη καλουμένη. Κτίζει δὲ Ἀγήνωρ τὴν Τύρον, ἐπ' ὀνόματι Τύρου τῆς αὐτοῦ γαμετῆς, βασιλεύει δὲ τῶν μερῶν ἐκείνων ἔτη ξγ'. Φασὶ δὲ τὸν Ταῦρον τοῖς χρόνοις ἐκείνοις τῆς Κρήτης βασιλεύοντα, ναυμαχίᾳ κατὰ τῆς Τύρου ἐπιθέμενον τοῦ Ἀγήνορος ἀλλαχοῦ μετὰ τῆς οἰκείας δυνάμεως πόλεμον ποιουμένου, πρὸς ἑσπέραν τὴν Τύρον ἐλεῖν, ἄλλους τε πολλοὺς αἰχμαλώτους καὶ δὴ καὶ τὴν Εὐρώπην θυγατέρα Ἀγήνορος, ἣν καὶ γυναῖκα ποιησάμενος πᾶσαν τὴν γὴν Ἰάφεθ Εὐρώπην ὠνόμασεν, ὥσπερ Λιβύην ὁ Ποσειδῶν τὴν τοῦ Χὰμ γῆν διὰ Λιβύην τὴν αὐτοῦ γαμετήν. Ἐντεῦθεν ὡμολόγησαν οἱ ποιηταὶ ὡς ὁ Ζεὺς ταύρῳ ὁμοιωθεὶς Εὐρώπην ἥρπασεν. Οὗτος ὁ Ταῦρος καὶ Γόρτυναν πόλιν ἐπ' ὀνόματι τῆς αὐτοῦ μητέρος ᾠκοδόμησεν ἐν Κρήτῃ, καὶ υἱὸν ἔσχεν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ὃν Μίνω προσηγόρευσεν. Ὁ Ἀγήνωρ δὲ τελευτᾷν μέλλων χρήματα πολλὰ ἐν Κρήτῃ διὰ τοῦ υἱοῦ Κάδμου πρὸς τὴν θυγατέρα Εὐρώπην ἀποστέλλει. Τοῖς υἱοῖς δὲ αὐτοῦ τὴν ὑποτεταγμένην αὐτῷ γῆν καταμερίζων, Φοίνικι μὲν Τύρον καὶ τὰ πέριξ αὐτῆς ἀπονείμας Φοινίκην τὴν ὑπ' αὐτὸν ὠνόμασε γῆν. Ὁμοίως δὲ καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν τὰς ἐπιλαχούσας τοῖς υἱοῖς Σύρῳ καὶ Κίλικι χώρας προσωνόμασεν. Ἐν τοῖς χρόνοις τούτου τοῦ Φοίνικος καὶ Ἡρακλῆν φασι τὸν φιλόσοφον, [P. 22] τὸν λεγόμενον Τύριον, τὴν οὕτω καλουμένην πορφύραν ἐξευρεῖν, ὡς εἴρηται.

Tempore Pici, qui et Jupiter usurpatus est, in Argivorum regione quidam de Japeti stirpe exstitit, nomine Inachus. Hic regno Argivorum politus urbem Io condidit, et Iopolim illam vocavit a lunæ nomine ; luna enim Io ab Argivis nominatur. Habuit et filiam Io nomine, ex qua Jupiter filiam Libyam sustulit, Ipsa Io verecundia patris, quod cum Jove concubuisset, in Ægyptum fugit ; ubi cum Mercurium regem invenisset, in Silphium Syriæ montem abiit, ubi postea **38** temporis Seleucus Macedo magnam Antiochiam de filii nomine sic dictam condidit. Ibi mortua est Io. Pater vero Inachus multos cum misisset qui eam requirerent, filios quoque suos ea conditione ablegavit ut nonnisi eam reducentes domum redirent. Hi cum Ægypto peragrata ad Syriam accessissent, per insomnium viderunt buculam, quæ humana voce hæc ederet : « Hic sum ego Io. » Somno soluti fano ibi et urbe Iopoli ædificatis eo loco manserunt, cum ad Inachum reverti non auderent. At Libya Ius et Jovis filia Neptuno nupsit, Saturni filio, Jovis fratri. Ex hoc conjugio nati tres filii, Agenor, Belus et Enyalius. Quorum Belus ducta in matrimonium Side Ægyptum, unde Ægypto regioni nomen, et Danaum filios genuit. Agenor in Phœnicem profectus Tyro uxorem duxit ; ex qua ei nati sunt Cadmus, Phœnix, Syrus Cilix, et filia Europa. Agenor Tyrum exstruxit, ab uxore ita nominatam, regnumque in iis regionibus per annos, ut aiunt, 63 obtinuit. Ea tempestate traditur Taurum Cretæ regem classe Tyrum tentasse, Agenore cum suis copiis alibi bellum gerente ; ac sub vesperam capta Tyro cum alios multos captivos tum Europam quoque Agenoris filiam abduxisse. Hanc deinde **39** uxorem habuit, ab eaque Europæ nomen toti quæ Japeto cesserat terræ fecit, sicuti Neptunus omnem Chami terram a Libya uxore sua Libyam denominavit. Hinc poetæ perhibuerunt Jovem sub tauris specie Europam rapuisse. Hic Taurus etiam Gortynam urbem matri suæ cognominem in Creta condidit, filiumque ex Europa habuit, quem Minoem appellavit. Cæterum Agenor moriturus magnam pecuniæ vim per Cadmum filium suum ad Europam in Cretam transmisit, suam vero ditionem inter filios ita distribuit, ut Phœnici Tyrus ac quæ circum est regio obtingeret, quam et Phœnicem nominavit, sicut et Syriam ac Ciliciam, quas Syro et Cilici filiis suis attribuebat. Hujus Phœnicis ætate ferunt Herculem philosophum, cognomento Tyrium, purpuram quo expositum est modo reperisse.

At Jupiter præter multas Danaem quoque Acrisii, qui ab Argivis descendebat, filiam, insigni forma, et quæ in cubiculo ad mare exstructo asservabatur, corruptis multo auro custodibus rapuit ac violavit, atque ex ea filium nomine Perseum sustulit. Hinc fabulati scriptores Jovem edidernnt in aurum conversum per tectum in cubile influxisse, ac Danaæ virginitatem eripuisse. Hunc quoque Perseum alatum fuisse dixerunt, quod ab ineunte ætate celerrimus fuit ingenioque ferocissimo atque callidissimo; quare etiam cum Jupiter pater arcanas ac mysticas fœdaque **40** omnes incantationes et veneficia docuit horum ope victoriam ei ab hostibus reportandam pollicens. Itaque vir factus Perseus Nini patrui filios fugiens ad Assyrios venit. Inde in Africam eunti virgo occurrit indigena, oculis capillisque feræ insiar horrens. Quam ipse cum subsistere coegisset, quod nomen gereret interrogavit. Professæ nomen Medusæ statim caput amputavit; idque, ut infandæ atque abominandæ Jovis patris præceptiones jubebant, conditum habens, manuum robore et magicarum artium fiducia fretus, adversum hostes suos perrexit; capiti nomen Gorgonis imposuit ob efficacitatem et vim veneficii. Inde in Æthiopiam transivit, quam tunc Cepheus regno tenebat; ejus filiam Andromedam camdemque sacerdotem rapuit, ac per Syriam ad Lycaoniam navigavit. Lycaones cum se Perseo opposuissent, primo Gorgonis auxilio devicti sunt. Ibi urbem Perseus condidit ac de suo nomine Persidem appellavit. Extra urbem statuam posuit, atque ab eo simulacro Iconium nominavit. Inde Isauriam et Ciliciam peragrans, accepto oraculo ut quo loco de equo descendens in planta pedis dolorem sentiret, ibi victoriam obtineret atque urbem ædificaret, Tarsum, a planta pedis dictam urbem, condidit. Ac contra Assyrios profectus eos superavit, Sardanapalope cum sua gente necato Assyrios prorsus subegit, regnoque iis adempto, Persas de suo nomine appellavit, regnumque in **41** eos per 33 annos obtinuit. Idem arborem quoque a se Persicam dictam per omnem suam ditionem plantavit; fœdoque Medusæ scypho de Persis quos maxime diligebat, arcanis magicis sacris initians, Medos eos et terram eorum Mediam nominavit. Inde ad Silphium montem profectus Jonitas, qui ab Argis eo concesserant, ibi reperit, ab iisque, ut ejusdem stirpis, est acceptus. Ibi cum ingens tempestas imbres effudisset, ac Orontes fluvius qui Iopolin alluit supra modum exundaret, Perseo precato fulmen veluti globus ignis subito delatum est; itaque et inhibita tempestas fuit, et fluvius suo se alveo conclusit. Ex eo igne Perseus ignem accendit, secumque tulit; et in suam regiam apportans eadem igni exstruxit, sacerdotioque pios viros præfecit. Idemque et Iopoli et in tota sua ditione instituit; mandatoque ut de cœlo delatus deus ignis coleretur, ignis colendi ritum docuit, magorum nomine sacerdotibus ignis affectis. Porro bellum Perseo Cepheus Andromedæ

Ὁ μέντοι Ζεὺς πρὸς ταῖς ἄλλαις καὶ τοῦ ἐξ Ἀργείων καταγομένου Ἀκρισίου θυγατέρα Δανάην, εὐπρεπῆ πάνυ οὖσαν καὶ ἐν κουβουκλείῳ πρὸς θάλασσαν φυλαττομένην, πολλῷ χρυσῷ τοὺς τηροῦντας πείσας καὶ ταύτην ἁρπάσας καὶ φθείρας ἔσχεν ἐξ αὐτῆς παῖδα Περσέα ὀνόματι. Ἔνθεν οἱ μυθολόγοι τὸν Δία φασὶ χρυσὸν γενόμενον ῥυῆναι διὰ τοῦ στέγους εἰς τὸν θάλαμον καὶ Δανάην διαφθεῖραι. Τοῦτον τὸν Περσέα καὶ πτερωτὸν εἶναι ἔφασκον ὡς ὀξύτατον ὄντα παιδόθεν καὶ τῇ φύσει γοργότατον καὶ ἐντρεχέστατον. Ὧ καὶ Ζεὺς ὁ πατὴρ αὐτοῦ τὰς κρυφίους καὶ μυστικὰς καὶ μυσαρὰς πάσας μαγείας καὶ μαγγανίας ἐδίδαξε, νικᾶν τοὺς πολεμίους ἐν τούτοις παρεγγυῶν. Τοίνυν εἰς ἡλικίαν ἀνδρὸς ἐλθὼν φεύγει τοὺς υἱοὺς Νίνου τοῦ θείου αὐτοῦ, καὶ πρὸς Ἀσσυρίους ἔρχεται. Ἰρὸς δὲ Λιβύην διαβαίνοντι παρθένος κύρη χωριτική, ἀπηγριωμένους ἔχουσα τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς τρίχας, κατὰ πρόσωπον συναντᾷ. Ἣν καὶ στήσας τὸ αὐτῆς ὄνομα ἠρώτα. Ἡ δὲ, « Μέδουσα, ἔφη, λέγομαι. » Καὶ αὐτίκα τὴν κάραν αὐτῆς ἀποτέμνει· καὶ ταύτην ταριχεύσας κατὰ τὰς ἀῤῥήτους καὶ μιαρὰς ὑποθήκας Διὸς τοῦ πατέρος αὐτοῦ, ταῖς χερσὶ κρατῶν καὶ ταῖς μαγείαις θαῤῥῶν κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἐχώρει. Γοργόνα δὲ τὴν κάραν ἐκάλει διὰ τὸ τῆς γοητείας ἐνεργὲς καὶ δεινόν. Ἐκεῖθεν πρὸς Αἰθιοπίαν διαβὰς ὑπὸ Κηφέως τότε βασιλευομένην, καὶ τὴν αὐτοῦ θυγατέρα Ἀνδρομέδαν καλουμένην καὶ ἱέρειαν οὖσαν ἁρπάσας, κατέπλευσε διὰ Συρίας πρὸς Λυκαονίαν. Οἱ δὲ Λυκάονες τούτῳ ἐναντιωθέντες τῇ τῆς Γοργόνος πρώνῃ βοηθείᾳ κατενικήθησαν. Ἐκεῖ καὶ πόλιν κτίσας Περσίδα τῷ ἰδίῳ κέκληκεν ὀνόματι. Στήλην δὲ ἔξω τῆς πόλεως στήσας, καὶ τὸ ἀπεικόνισμα τῆς Γοργόνος ἐπιθείς, Εἰκόνιον ταύτην ἐπωνόμασεν. Ἐκεῖθεν ἐπὶ Ἰσαυρίαν καὶ Κιλικίαν διαβὰς, χρησμὸν λαβὼν ὅτι « Ἔνθα ἐκ τοῦ ἵππου ἀποβὰς τὸν ταρσὸν ὀδυνηθῇς τοῦ ποδὸς, νίκην λάβῃς καὶ πόλιν οἰκοδομήσῃς, » τὴν Ταρσὸν κτίζει καὶ κατὰ τῶν Ἀσσυρίων ὁρμᾷ, τούτους τε νικήσας καὶ τὸν Σαρδανάπαλον καὶ τοὺς τοῦ γένους αὐτοῦ ἀπεκτονὼς εἰς τέλος αὐτοὺς ὑποτάσσει. Καὶ Ἀσσυρίων τὴν βασιλείαν ἀσφαλόμενος ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὀνόματι Πέρσας αὐτοὺς ἐκάλεσε, βασιλεύσας ἐπ' αὐτοὺς ἔτη νγ'. Οὗτος καὶ τὴν καλουμένην Περσέαν ἐν τῷ ἰδίῳ ὀνόματι εἰς πᾶσαν τὴν ὑποκειμένην αὐτῷ κατεφύτευσε γῆν, καὶ τὴν τοῦ μυσαροῦ σκύφου τῆς Μεδούσης οὓς ἠγάπα τῶν Περσῶν ἐν μυστηρίῳ μυσταγωγήσας μαγείοις Μήδους αὐτοὺς καὶ Μηδίαν τὴν χώραν αὐτῶν μετωνόμασεν. Εἶτα εἰς τὸ Σίλπιον ὄρος ἐλθὼν εὗρε τοὺς ἀπὸ Ἄργου· Ἰωνίτας ὑφ' ὧν καὶ ἐδέχθη ὡς ὁμόφυλος. [P 23] Χειμῶνος δὲ πολλοῦ πεσόντος καὶ τοῦ προσπαρακειμένου ποταμοῦ τοῖς Ἰωπολίναις Ὀρόντου καθ' ὑπερβολὴν πλημμυροῦντος, ἐπεὶ ηὔξατο, ἄφνω κεραυνὸς ὡς σφαῖρα πυρὸς οὐρανόθεν κατηνέχθη, καὶ οὕτως ὅ τε χειμὼν ἐπεσχέθη καὶ τὰ ῥεῖθρα τοῦ ποταμοῦ ἀνείθη. Καὶ γοῦν τοῦ πυρὸς ἐκείνου πῦρ ἀνάψας ὁ Περσεὺς εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ βαστάζων, εἴς τε τὰ ἴδια βασίλεια ἀγαγὼν καὶ ἱερὸν τοῦ πυρὸς κατασκευάσας καὶ ἱερεῖς εὐλαβεῖς ἄνδρας ἐπιστησάμενος· ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν Ἰωπόλει καὶ ἐν πάσῃ τῇ

ὑπ' αὐτὸν γῆ καὶ ὡς ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθέντα θεὸν σέβεσθαι τὸ πῦρ ἐκεῖνο θεσπίσας ἐδίδαξε πυρσολατρεῖν, μάγους τοὺς τοῦ πυρὸς ἱερεῖς καλέσας. Ἔρχεται οὖν πρὸς αὐτὸν ἐν πολέμῳ ὁ τῆς Ἀνδρομέδας πατὴρ ὁ Κηφεύς. Καὶ ἐπεὶ ὁ Περσεὺς ἐξελθὼν τὴν τῆς Γοργόνος κεφαλὴν ἐπεδείκνυε, Κηφεὺς δὲ ὑπὸ τοῦ γήρως ἀμβλυωπῶν, ὡς ἔφιππος κατ' αὐτοῦ ἐπέβαινεν ὁ Περσεύς, ἀγνοῶν ἀμβλυωπεῖν τὸν Κηφέα, ἐλογίσατο μὴ ἐνεργεῖν ἔτι ἣν κατεῖχε τῆς Γοργόνος κεφαλὴν, καὶ στρέψας ταυτην πρὸς ἑαυτὸν καὶ ἐμβλέψας ἀτενῶς παρυτὰ τυφλωθεὶς ἀνῃρέθη. Καὶ λοιπὸν προβάλλεται ὑπὸ Κηφέως βασιλεὺς Περσῶν Μέρως ὁ Περσέως καὶ Ἀνδρομέδας υἱος. Κηρεὺς δὲ τὴν τῆς Γοργόνος κεφαλὴν καύσας ἀνεχώρησεν εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ.

A pater intulit. Cui cum infesto equo occurrens Perseus caput Gorgonis ostentasset, Cepheus autem propter senectam ætatem cæcutiret, nesciens Perseus Cepheum cæcutire, putavit caput Gorgonis quod prætendebat vires suas jam non exserere; itaque sibi id obvertit, inque id oculis intentis intuitus, extemplo 42 excæcatus itaque interfectus est. A Cepheo proinde regno Persarum Meros, filius Persei et Andromedæ, præfectus est; et ipse cremato Gorgonis capite in suam regionem rediit.

Ἀγήνορα δὲ (38) τὸν ἀπὸ Φοινίκης ὁ πατὴρ εἰς ἀναζήτησιν τῆς αὐτοῦ θυγατρὸς Εὐρώπης ἀποστείλας, μαθὼν ὁ Κάδμος ὡς αὐτὴν σὺν Ταύρῳ τῷ ἁρπάσαντι ταύτην τῆς Κρήτης βασιλεύει, ὥρμησεν εἰς Βοιωτίαν καὶ αὐτοὺς ἀγνοοῦντας τὰ Φοινίκων γράμματα ἐδίδαξε, καὶ ἐβασίλευσεν ἐπ' αὐτοῖς ἔτη ξβ'. Καὶ γυναῖκα ἠγάγετο τὴν Ἁρμονίαν καλουμένην, ἥτις αὐτῷ ἓξ τίκτει θυγατέρας, Ἰνὼ, Ἀγαύην, Σεμέλην, Εὐρυνόμην, Κλεανθὼ καὶ Εὐρυδίκην. Αὗται ἐλέγοντο Καδμίδες. Οὗτος ὁ Κάδμος καὶ πόλιν τὴν μεγάλην τὴν Καδμείαν ἐκεῖ κτίζει. Ὃς καὶ τὸν Τειρεσίαν Βοιωτῶν ὄντα φιλόσοφον, τὸν αὐτομάτως φέρεσθαι τὰ πάντα καὶ ἀπρονόητον εἶναι τὸν κόσμον δογματίσαντα καὶ εἰς τὸ τοῦ Δαφναίου Ἀπόλλωνος ἱερὸν διὰ ταῦτα ἐξόριστον γενόμενον, ἀνεκαλέσατο. Τοῦτον τὸν Τειρεσίαν μυθολογοῦσιν, ὡς ἑωρακότα Παλλάδα λουομένην, εἰς γυναικὸς αὐτίκα μεταβληθῆναι φύσιν, καὶ πολύπραγμονεῖν αὐτῇ πῶς γυνὴ μετὰ ἀνδρὸς συλλαμβάνει, καὶ πῶς ἡ μία φύσις τοῦ αἵματος εἰς ὀστᾶ καὶ φλέβας καὶ σάρκας καὶ τὰ λοιπὰ μερίζεται, καὶ βρέφος ξωογονούμενον τίκτεται, καὶ τοῦ Δημιουργοῦ τὴν σοφίαν μὴ δυνηθέντα καταλαβεῖν εἰς αὐτοματισμὸν ἐξολισθῆσαι· διὸ καὶ παίξοντες αὐτὸν εἰς γυναικῶν φύσιν ἔφρασαν μεταβληθῆναι. Οὗτος ὁ Κάδμος ὁ τῆς Βοιωτίας βασιλεὺς Ἀγαύην τὴν αὐτοῦ θυγατέρα Ἐχίονι δοὺς γυναῖκα εἰς Χίον ἀποστέλλει. Γεννᾶται οὖν ἐξ αὐτῆς ἀνὴρ φρόνιμος καὶ συνετὸς ὁ Πενθεύς· [P. 24.] ᾧ καὶ τὴν διοίκησιν τῆς βασιλείας ὕστερον παρεχώρησε Κάδμος, ὡς αὐτοῦ μετὰ Τειρεσίου ἐπὶ τὸ Κιθαιρώνειον ὄρος τὸν βίον διατελέσαντος. Τὴν δὲ Σεμέλην Πολυμήδων ὁ υἱὸς τοῦ Λίθεριώνος γήμας, ἐκ τοῦ γένους ὢν τοῦ Διὸς, ἀπὸ Σεμέλης ἑπταμηνιαῖον γεννᾷ βρέφος διὰ τὸ ἀστραπῶν καὶ βροντῶν ἐξαισίων τὴν μητέρα ἀποθανεῖν. Τοῦτο τὸ βρέφος εἰς Νυσίαν τὴν χηραν ὁ Κάδμος ἐκτραφῆναι ἔπεμψεν, ὅ καὶ Νύσειον ὠνομάσθη. Μυθολογοῦσι δὲ ὅτι τοῦτο ὁ Ζεὺς ἐν τῷ ἰδίῳ κόλπῳ ἐπὶ δευτέρῳ μηνὶ ἐφύλασσε, διότι μέρος ζωῆς ἔσχε πρὸς τοῦ θεοῦ παρὰ τὸν ὡρισμένον χρόνον ἐκτρωθείς. Ἄλλοι δὲ τοῦτον ὡς ἐξ ἡλιακῶν εὐχῶν μυστικά τινα καὶ θαυμαστὰ δρῶντα καὶ ὡς περὶ ἀμπελικὴν γεωργίαν ἐκτεθάμενον ἀπεθέωσάν τε καὶ Διόνυσον μετεκάλεσαν, ὡς ἐκ γένους ὄντα Διός.

Agenorem autem a Phœnicia pater ad inquirendam filiam suam Europam cum misisset, Cadmus, cum eam intellexisset cum Tauro, a qua rapta fuerat, Cretæ regnare, in Bœotiam abiit, Bœotosque litterarum ignaros Phœnicias litteras docuit, regnumque apud eos per 62 annos obtinuit. Uxorem duxit Harmoniam, quæ ei sex filias peperit; quarum nomina Ino, Agrave, Semele, Eurynome, Cleantho et Eurydice: hæ etiam Cadmides nominabantur. Is Cadmus etiam Cadmeam magnam urbem ibi condidit, et Tiresiam Bœotorum philosophum, qui quod omnia fortuito ferri nullaque mundum providentia gubernari docuisset, in Daphnei Apollinis templum relegatus fuerat, ab exsilio revocavit. Fabulantur hunc Tiresiam, cum lavantem Minervam vidisset, subito in mulierem conversum fuisse; inque ea natura curiose exploravisse quomodo mulier ex viro concipiat, quomodo unica sanguinis natura in ossa, venas, carnes et cætera distribuantur, et quomodo fœtus vivus gignatur; cumque sapientiam Opificis assequi cogitando nequiret, eo prolapsum ut omnia fortuito fieri diceret. Itaque joco dictum est eum in mulieris naturam transivisse. Is Cadmus Bœotiæ rex Agaven filiam suam Echioni in matrimonium dedit, ac in 43 Chium amandavit. Peperit hæc virum prudentem ac ingeniosum, nomine Pentheum; cui postea temporis Cadmus regni administrationem commisit, cum ipse cum Tiresia statuisset in Cithæronе monte vitam finire. Semelen Polymedon Ætherionis filiam duxit, ex gente Jovis; atque ex ea prolem septimestrem sustulit, matre fulguribus et tonitribus insolitis necata. Cadmus infantem in Nysiam regionem, quæ et Nyseium dicitur, alendam misit. Fabulantur infantem a Jove in sinu suo duos reliquos menses asservatum fuisse; quod scilicet a Deo partem quamdam vitæ habuit, abortu ante legitimum tempus editus. Alii hunc, quod ex solaribus precibus mystica quædam et miraculosa faceret et vitis cultum docuisset, in deos retulerunt ac Dionysium nominarunt, ut Jovis stirpe ortum. Dionysium hunc ferunt ad Persas venisse, ac mirabiles quasdam imaginationes operum ac

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(38) Locus perspicue corruptus, fabula vel ex Ovidio nota. XYL.

bellorum apud eos ostentasse. Secundum hæc cum magna hominum turba adversus Pentheum venit: viros a saltando Scirtos, mulieres Bacchas appellavit. Cum autem Beotiæ regnum sibi vindicaret, bello cum Penthco congressus succubuit. Captum ex vinculis liberavit Agave matertera, Penthei mater. Inde per insidias Pentheum necavit, cumque Beoti eum regno non dignarentur, Delphos profectus mortuus ac sepultus est. Cadmo in regno Beotiæ successit Nycteus. 44 Cum hujus filia Antiopa, sacerdote Solis, Theobœus Bratonis filius a Jove genus ducens ac frater Nyctei, corpus miscuit, indeque geminos ea est enixa, Amphionem et Zethum; qui jussu fratris expositi sunt prope montem Cithæronem. Sed quidam rusticus Ordio nomine, cum prole careret, sustulit eos atque educavit. Cum autem Antiopa apud Dircen asservaretur, ut propter flagitium commissum suo tempore pœnas lueret, cum in Argivorum regione bellum exstitisset ibique Lycus moraretur, Dirce Nycteum blande sollicitavit de liberanda Antiopa. Is vero tauro eam potius fero alligandam itaque necandam profanatæ virginitatis causa imperavit. Hoc cum inaudivissent Amphion et Zethus, ab eo qui ipsos educaverat edocti Antiopiæ se esse filios, cum manu rusticorum irruerunt, necatisque militibus, Dircen tauro alligatam interfecerunt. Ipsi cum matre Antiopa in Bœotiam profecti, cum jam Nycteus vita decessisset, ita musici Amphion et Zethus Bœotis multos per annos regia potestate imperaverunt. Hi magnam urbem condiderunt, et a patris Theobœi nomine Thebas nuncuparunt. Euripides more poetarum fabulam narrans, Jovem ait sumpta satyri figura Antiopæ vitium obtulisse: eo ex concubitu natos Amphionem et Zethum musicos. Hoc eum ideo dixisse putant, quod Theobœus a Pico, qui idem Jupiter fuit, descenderit per animæ in alia post alia corpora commigrationem. Nam Bœotorum sermone Satyras animæ in aliud vilius corpus migrationem 45 significat. Post hos musicos, ii qui ex eorum stirpe procreati sunt in Thebanos regnum obtinuerunt usque ad Œdipum, Jocastæ et Laii filium. Etenim Laius rex Thebanorum primum ex Jocasta uxore filium Jocam sustulerat; de quo cum oraculo monitus esset, fore ut is cum propria matre concumberet, ligneis compedibus impeditum in montanis abjecit, ut ibi periret. At rusticus quidam, Melibius nomine, eum sublatum educavit, Œdipumque appellavit a tumore pedum quem in compedibus contraxerat. Secundum hæc mulier quædam indigena nomine Sphinx, deformis ac mammosa, cum agrestium manu verticem quemdam obsedit, ad quem nonnisi uno eoque angustissimo aditu poterat penetrari, ac latrocinando ea pergentes interfecit, eorumque facultates deprædata est. Id latrocinium res Thebanorum in arcum redegit, cum neque exercitus neque ipse rex Laius monte ita inaccesso et natura loci munito quidquam adversus eam posset.

Τοῦτον εἰς Πέρσας φασὶν ἀπελθεῖν, καὶ φαντασίας τινὰς θαυμασίων ἔργων καὶ πολέμων ἐν αὐτοῖς ἐπιδείξασθαι. Μετὰ ταῦτα ἐπὶ Πενθέα σὺν ὄχλῳ βαρεῖ ἔρχεται, καὶ τοὺς μὲν ἄνδρας σκιρτοὺς ἐκάλεσε διὰ τὸ ἄλλεσθαι καὶ πηδᾶν, τὰς δὲ γυναῖκας βάκχας. Τήν τε τῶν Βοιωτῶν βασιλείαν σφετεριζόμενος μετὰ Πενθέως πόλεμον συμβαλὼν χειροῦνται, ὑπὸ δὲ Ἀγαύης τῆς Πενθέως μητρὸς ὡς θείας οὔσης Διονύσου λυτροῦται τῶν δεσμῶν. Μετὰ ταῦτα ἐνεδρεύσας ἀποκτείνει Πενθέα. Τῶν δὲ Βοιωτῶν αὐτὸν βασιλέα μὴ παραδεχομένων εἰς Δελφοὺς ἀπέρχεται καὶ θανὼν θάπτεται. Μετὰ Κάδμον ἐβασίλευσε τῆς Βοιωτίας Νυκτεύς. Τούτου τὴν θυγατέρα Ἀντιόπην, ἱέρειαν οὖσαν τοῦ Ἥλίου, Θεόβοιος ὁ υἱὸς Βράτωνος, ἐκ τοῦ γένους τοῦ Διὸς καταγόμενος, ἀδελφὸς δὲ τοῦ Νυκτέως, μιγεὶς γεννᾷ δίδυμα, Ἀμφίονά τε καὶ Ζῆθον, οὓς τῇ κελεύσει τοῦ ἀδελφοῦ ῥίπτουσι πλησίον τοῦ Κιθαιρωνείου ὄρους. Ὀρδίων δέ τις γεωργὸς ἄπαις ὢν ἀνελάβετο καὶ ἀνεθρέψατο αὐτά. Τῆς δὲ Ἀντιόπης παρὰ τῇ Δίρκῃ φυλαττομένης ἐπὶ τὸ τιμωρηθῆναι διὰ τὸ παρανομῆσαι, ἐπεὶ πόλεμος ἐν τῇ Ἀργείων ἐκινήθη χώρᾳ, τοῦ Λύκου χρονίζοντος ἐκεῖσε, ἡ Δίρκη τὸν Νυκτέα θωπευτικῶς ἠρώτα ἀπολῦσαι Ἀντιόπην. Ὁ δὲ μᾶλλον προσέταξε ταύρῳ ἀγρίῳ ταύτην προσδεθῆναι καὶ ἀποθανεῖν, ὡς τὴν παρθενίαν βεβηλώσασαν. Ἀκούσαντες δὲ τοῦτο Ζῆθος καὶ Ἀμφίων, καὶ παρὰ τοῦ ἀναθρεψαμένου τούτους μαθόντες ὡς αὕτη ἐστὶν ἡ μήτηρ αὐτῶν Ἀντιόπη, ἅμα πλείοσιν ἀγροίκοις ἐπεισπεσόντες τοὺς μὲν στρατιώτας κατακτείνουσι, Δίρκην δὲ τῷ ταύρῳ προσδεσμοῦσι καὶ φονεύουσι. Σὺν τῇ μητρὶ δὲ Ἀντιόπῃ εἰς τὴν Βοιωτίαν ἐλθόντες, ἐπεὶ ὁ Νυκτεὺς τέθνηκεν, οἱ μουσικοὶ Ζῆθος καὶ Ἀμφίων τῶν Βοιωτῶν ἔτη πολλὰ βασιλεύουσι. Κτίζουσι δὲ πόλιν μεγάλην εἰς ὄνομα [P. 25] τοῦ πατέρος, ἣν καὶ [ἀπὸ] Θευβούλου Θήβας ὠνόμασαν. Ὁ μὲν Εὐριπίδης τῷ ἔθει τῶν ποιητῶν μυθολογῶν τὸν Δία φησὶν εἰς Σάτυρον μεθαβληθέντα τὴν Ἀντιόπην φθεῖραι, ἐξ ἧς Ἀμφίων καὶ Ζῆθος οἱ μουσικοί. Τοῦτο δέ, φασίν, εἶπεν ὡς καταχθέντος Θευβούλου ἐκ τοῦ Πίκου τοῦ καὶ Ζηνὸς κατὰ μετεμψυχώσεως μετάστασιν· τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ Σάτυρος ὄνομα κατὰ τὴν τῶν Βοιωτῶν γλῶσσαν, τὸ εἰς ἄλλο σῶμα χωρήσειν εὐτελέστερον. Μετὰ τούτους τοὺς μουσικοὺς οἱ ἐκ τοῦ γένους αὐτῶν ἐβασίλευον Θηβαίων ἕως Οἰδίποδος υἱοῦ Ἰοκάστης καὶ Λαΐου. Οὗτος γὰρ ὁ Λάϊος βασιλεὺς ὢν Θηβαίων μετὰ Ἰοκάστης ἔσχεν υἱὸν πρῶτον Ἰοκᾶν· χρησμὸν δὲ λαβὼν περὶ αὐτοῦ ὡς τῇ ἰδίᾳ μητρὶ συναφθήσεται, ἐν ξύλῳ τοὺς πόδας καθηλώσας, ὅ δὴ καὶ κοῦσπος λέγεται, εἰς ἀπώλειαν ἐν τοῖς ὄρεσιν ἔῤῥιψεν. Ἄγροικος δέ τις ὀνόματι Μελίβιος τοῦτον εὑρὼν ἀνεθρέψατο, Οἰδίποδα μετονομάσας διὰ τὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ ἐν τῷ ξύλῳ διφθηκότας ὀγκωθῆναι. Μετὰ ταῦτα γυνή τις ὀνόματι Σφίγξ, δυσειδής, κατάμαστος, χωριτική, μετὰ πλήθους ἀγροίκων εἰς κορυφὴν μίαν μόνην εἴσοδον καὶ ταύτην στενωτάτην ἔχουσαν καθίσασα, λῃστρικῶς τοὺς παράγοντας δι' ἐκείνης ἀνῄρει καὶ τὰς αὐτῶν ὑπάρξεις ἀφῃρεῖτο, ὡς ἀποστενοῦσθαι τὰς Θήβας δι' αὐτῆς μήτε στρατοῦ, μήτ' αὐτοῦ

τοῦ βασιλέως Λαΐου ἰσχύοντος κατ' αὐτῆς διὰ τὸ δύσβατον τοῦ ὄρους καὶ ὀχυρόν. Ταῦτ' οὖν Οἰδίπους ἀκούσας σοφόν τι καὶ γενναῖον ποιεῖ· καὶ ὀλίγους ἐπιλεξάμενος καὶ τὴν Σφίγγα ἐλθὼν ᾔτειτο σὺν αὐτῇ εἶναι καὶ συλληστρεύειν αὐτῇ. Ἡ δὲ τῇ ὥρᾳ καὶ γενναιότητι τούτου τερφθεῖσα αὐτὸν εἰσδέχεται. Ὁ δὲ καιρὸν ἐσχηκὼς αὐτὴν μὲν λόγχῃ ἀναιρεῖ καὶ πολλοὺς τῶν μετ' αὐτῆς· λαβὼν δὲ καὶ τὸ σῶμα καὶ ὅσα χρήματα εὗρε πρὸς Λάϊον εἰς Θήβας ἤνεγκε, μισθὸν τῆς ἀνδραγαθίας κομιούμενος. Θηβαῖοι δὲ τοῦτον ὡς βασιλέα ἀνύμνουν. Ἀλλ' οὐκ ἤρεσε ταῦτα τῷ Λαΐῳ, ἀλλὰ στρατὸν ἐφοπλίσας κατ' αὐτοῦ ἐξῆει, καὶ πληγεὶς τελευτᾷ. Ἡ τοίνυν Ἰοκάστη τῆς βασιλείας ἐκπεσεῖν οὐ θέλουσα, καὶ ὡς υἱὸς αὐτῆς ἐστιν ὁ Οἰδίπους οὐκ εἰδυῖα, ἅμα δὲ καὶ πρὸς θεραπείαν τῆς πόλεως σπουδάζουσα, προσκαλεῖται τοῦτον· ἐξ οὗ καὶ ποιεῖ δύο υἱούς, τὸν Ἐτεοκλέα καὶ τὸν Πολυνείκην, καὶ θυγατέρας δύο, Ἰσμήνην καὶ Ἀντιγόνην. Καὶ οὕτως ἐπὶ ἔτη ιθ' τῶν Θηβῶν ἐβασίλευσαν, ἀγνοοῦντες ἑαυτούς. Μετὰ ταῦτα τῆς Ἰοκάστης τὴν πατρίδα καὶ τὸ γένος πυθομένης, ἐπεὶ Μελίβιος αὐτὸν ἀνεθρέψατο ἤκουσε, παρ' αὐτοῦ τε ἔμαθε τὸν τρόπον τῆς αὐτοῦ ἀνευρέσεως [P. 26] καὶ βεβαιωθεῖσα ἀνεβόησε. Οἰδίπους δὲ πληροφορηθεὶς ὡς καὶ μήτηρ Ἰοκάστῃ καὶ γυνὴ τυγχάνει, τοῖς μὲν υἱοῖς Ἐτεοκλεῖ καὶ Πολυνείκει ἐνιαυτὸν παρ' ἐνιαυτὸν βασιλεύειν ἐκέλευσε τῶν Θηβῶν, αὐτὸς δὲ παραυτὰ δύο ἥλους κατὰ τῶν ἰδίων ἐμπήξας ὀφθαλμῶν τελευτᾷ. Οἱ δὲ υἱοὶ αὐτοῦ ἑκάτερος τῆς βασιλείας ἀντιποιούμενοι εἰς πόλεμον ἦλθον μονομαχήσαντες, καὶ ὑπ ἀλλήλων ἄμφω κατελύθησαν. Καὶ οὕτως ἡ τῶν Θηβῶν ἤτοι Βοιωτῶν κατελύθη βασιλεία, διαρκέσασα ἔτη τριακοσια ἑξηκονταεννέα.

Ἀναγκαῖον οὖν ἐστι λοιπὸν ἀναδραμεῖν ἐπὶ τὸ προκείμενον. Καταλήξαντες δὲ ἐπὶ τὴν ἐκ Φαλὲκ τοῦ Ῥαγὰβ γέννησιν, ἀρξώμεθα ἀπ' αὐτοῦ.

Ῥαγὰβ γενόμενος ἑκατὸν τριακονταδύο ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Σερούχ. Ἐπὶ τούτου οἱ ἄνθρωποι τὸν κατ' ἀλλήλων αὐξήσαντες τῦφον στρατηγούς τε ἑαυτοῖς κατεστήσαντο καὶ βασιλεῖς. Καὶ τότε πρώτως πολεμικὰ κατασκευάσαντες ὄργανα πολεμεῖν ἀλλήλοις ἐνήρξαντο. Καὶ εὐθὺς οἱ ἀπὸ Χανααν ἡττῶνται καὶ πρῶτοι τῆς δουλείας ὑποκύπτουσι τῷ ζυγῷ, κατὰ τὴν τοῦ Νῶε κατάραν.

Σερούχ γενόμενος ἑκατὸν τριάκοντα ἐτῶν ἐγέννησέ τὸν Ναχώρ. Ὤκει δὲ ὁ Σερούχ ἐν τῇ Χαλδαίων, ἣν πόλις Ὤρ. Αὐξηθέντα δὲ τὸν Ναχὼρ ἐδίδαξεν ὁ πατὴρ πάντων ἐπίλυσιν οἰωνῶν, τῶν τε ἐν οὐρανῷ σημείων διακρίσεις καὶ τῶν ἐπὶ γῆς ἁπάντων, καὶ πᾶσαν Χαλδαϊκὴν μαντείαν. Ναχὼρ δὲ γενόμενος οθ' ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Θάῤῥα. Νίνου δὲ τοῦ πρώτου Βασιλέως τῶν Ἀσσυρίων τεσσαρακοστὸν τρίτον ἄγοντος ἔτος τῆς βασιλείας γεννᾶται Ἀβραάμ. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους παρ' Αἰγυπτίοις ἐξκαιδεκάτη δυναστεία, καθ' ἣν ἐβασίλευον Θηβαῖοι. Θάῤῥα δὲ γενό-

Œdipus vero re audita prudens ac generosum facinus aggredi, cum paucis quos sibi socios asciverat, ad Sphingem se conferre, ejus consuetudinem et latrocinandi societatem expetere. Forma et generositas quam præ se ferebat, ut reciperetur a muliere iis rebus capta impetrarunt. At vero Œdipus capta occasione ipsum lancea transadigere, multos qui Sphingi prædandi socii fuerant trucidare ; cadaver ejus,ac quas ibi repererat opes ad Laium Thebas afferre,ab eo virtutis suæ ac ei bene gestæ præmium sperare. Ac Thebani **46** quidem eum regiis laudibus ac titulis celebrabant. Laio id adeo displicuit ut adversus eum cum armato exercitu exiverit : commisso autem prælio ictus periit. Proinde Jocasta cum excidere regno nollet et Œdipum filium suum esse ignoraret, simul ut civibus rem gratam faceret, conjugem sibi Œdipum ascivit, atque ex eo duos filios, Eteoclem ac Polynicem,totidemque filias Ismenam et Antigonam peperit.Ita per 19 annos regnum in Thebanos gesserunt,alter alterum ignorantes. His exactis Jocasta, cum Œdipi genus et patriam inquireret,ex Melibio quem educatorem fuisse Œdipi acceperat intellexit quomodo is Œdipum reperisset ; confirmataque jam apud animum rei sicut habebat opinione exclamavit. At enim Œdipus certior factus Jocastam conjugem eandem matrem suam esse, filiis Eteocli et Polynici regnum Thebanum alternis annis habendum mandavit, ipse illico duobus clavis in duos suos oculos defixis obiit. Filii, cum uterque regnum ad se traheret, bellum moverunt : in quo singulari pugna congressi mutuis ambo vulneribus occubuerunt. Is regni Thebani seu Bœotorum finis fuit, cum id 369 annos durasset.

Porro autem necesse est nos ad institutum nostrum reverti. Ac quoniam in Ragabi Phaleco progeniti mentione substiteramus, rursum ab eodem Ragabo ordiemur.

47 Ragabus ergo annos natus 132 Seruchum genuit. Hujus ætate demum homines alter alteri fastu sese præferentes, imperatorum atque regum nomina sibi sumpserunt, ac tum primum arma bellica fabricati, bellum invicem facere cœperunt. Statim vero stirps Chanaanis succubuit,jugumque servitutis subiit,quemadmodum ei Noæ fuerat imprecatus.

Seruchus annos natus 130 Nachorem progenuit. Habitabat autem Seruchus in urbe Chaldæorum, cui Ur nomen. Is adultum Nachorem docuit omnium auguriorum,cœlestium terrestriumque ostentorum interpretationem,omnemque Chaldæorum divinationem. Nachor annos natus 79 Tharam genuit. Abrahamus natus est, cum Ninus primus Assyriorum rex annum sui regni 43 ageret.Eodem tempore apud Ægyptios decimus sextus rex agebat ; qua tempestate Thebani regnabant. Tharaergo annos natus 70 sustulit ex uxore sua Edna,quæ filia fuit

Abrahami, quem patruum Thara habuit, Abrahamum : ita enim eum mater de sui patris nomine appellavit, qui ante nepotis natales vita defunctus fuerat. Præterea etiam Thara Arumum et Nachorem procreavit. Abrahamus uxorem duxit Saram, sibi a patre conjunctam. Hic solus, omnibus ubique hominibus culta simulacrorum in errorem abductis, verum Deum agnovit universique Opificem prædicavit, primusque altare frondibus palmarum et olearum **48** cinxit ; ac sub eo primum in sacra Scriptura angelus nominatur ; et ab ipso Ægyptii positum stellarum et effectionem numerumque scientiam didicerunt.

Annum ætatis vicesimum quartum agens Abrahamus agnitum universi Opificem adoravit. Angelus autem Dei docuit eum Hebraicum sermonem, sicuti idem angelus Mosi dixit, ut est in parva Genesi. Sed et Aramus uxore ducta Lotum genuit ac filiam Melcham, quæ Nachori nupsit.

Abrahamus jam sexagenarius, cum videret se suadendo patrem cæterosque domesticos a superstitioso simulacrorum cultu deducere non posse, noctu clam omnibus fanum simulacrorum incendit. Quæ cum conflagrarent, fratres re intellecta prosiluerunt, ut ex medio igne simulacra eriperent ; et Aramus cum eam rem majori conatu moliretur, in medio incendio periit. Hunc cum pater simulacrorum opifex in Ure Chaldeæ regionis urbe humasset, inde Charras Mesopotamiæ urbem commigravit. Eo loci Abrahamo, cum per quindecim annos in familia patris vixisset, nocte quadam subiit ex siderum motu insequentis temporis statum considerare, quippe non mediocriter omnem eam scientiam patris doctrina atque exercitatione tenenti. Ergo singulis de quibus quærebat consideratis, supervacaneam esse universam istam curiositatem deprehendit, **49** quod Deus pro sua voluntate omnia quæ divinatio prædixisset mutare posset. Itaque hæc et alias id genus res serio atque toto corde repudians, perfectamque Deum colendi pietatem demonstrans, ita est a Deo compellatus : « Egredere ex terra tua et gente tua et ex familia tua. » Itaque cum uxore Sara et fratris filio Loto in portionem progenitoris sui Arphaxadi commigravit, qua potiti tum Chananæi eam terram Chananæorum denominaverunt, annos natus 75, anno mundi 3387. Abrahamus ergo Sichemum ut venit, monitus oraculo, altare inter Bethelam et Angæam exstruxit. Inde Euphrate transmisso Hebræorum cognomentum cum suis invenit (nam a

μενος ἐτῶν ο' ἐγέννησεν ἐκ γυναικὸς (39) Ἔδνας, θυγατρὸς Ἀβραὰμ πατραδέλφου αὐτοῦ, τὸν Ἀβραάμ, ὄντινα ἡ μήτηρ ἐκάλεσεν ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἑαυτῆς πατρός· ἔφθη γὰρ ἐκεῖνος πρὸ τῆς τούτου γεννήσεως τετελευτηκέναι. Ἐγέννησε δὲ ἔτι ὁ Θάρρα τὸν Ἀρὰμ καὶ τὸν Ναχώρ. Ὁ δὲ Ἀβραὰμ λαμβάνει παρὰ τοῦ πατρὸς γυναῖκα τὴν Σάρραν. Οὗτος μόνος, τῶν ἁπανταχοῦ τὴν ἐπὶ τὰ εἴδωλα πλάνην νοσούντων, τὸν ἀληθῆ Θεὸν ἐπέγνω καὶ Δημιουργὸν τῶν ὅλων ἀνεκήρυξε. Καὶ πρῶτος τὸ θυσιαστήριον κλάδοις φοινίκων καὶ ἐλαιῶν ἐκύκλου, καὶ ἐπ' αὐτοῦ πρώτως ὀνόμασται ἄγγελος ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ. Καὶ παρ' αὐτοῦ Αἰγύπτιοι τὴν τῶν ἀστέρων θέσιν καὶ ποίησιν καὶ τὴν ἀριθμητικὴν ἐπιστήμην ἔμαθον.

Ὅτι τῷ κθ' ἔτει τῆς ἡλικίας αὐτοῦ ὁ Ἀβραὰμ ἐπιγνοὺς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν προσεκύνει. Ἄγγελος δὲ Κυρίου ἐδίδαξεν αὐτὸν τὴν Ἑβραΐδα γλῶσσαν, καθὼς αὐτὸς ὁ ἄγγελος τῷ Μωσῇ εἶπεν, ὡς [P. 27] ἐπὶ τῇ λεπτῇ κεῖται Γενέσει. Καὶ ὁ Ἀρὰμ δὲ ἀγόμενος γυναῖκα ἐγέννησε τὸν Λώτ, θυγατέρα δὲ Μελχάν. Ταύτην ὁ Ναχὼρ λαμβάνει γυναῖκα.

Ἤδη δὲ ἑξηκοστὸν ἔτος ἄγων ὁ Ἀβραὰμ, ὡς οὐκ ἐδύνατο τὸν πατέρα πεῖσαι καὶ τοὺς ἄλλους οἰκείους τῆς περὶ τὰ εἴδωλα ἀπισχέσθαι δεισιδαιμονίας, λανθάνει νυκτὸς τῶν εἰδώλων ἐμπρήσας τὸν οἶκον. Λύτῶν δὲ ἐξαναλουμένων οἱ ἀδελφοὶ νοήσαντες ἀνασπᾶσθαι, βουλόμενοι ἐκ μέσου τοῦ πυρὸς ἐξελέσθαι τὰ εἴδωλα. Φιλοτιμότερον δὲ ὁ Ἀρὰμ τῷ πράγματι προσφερόμενος ἐν μέσῳ διαφθείρεται τοῦ πυρός. Καὶ θάψας αὐτὸν ὁ ἀγαλματοποιὸς πατὴρ ἐν Ὥρ τῇ πόλει Χαλδαίων μετανίσταται καὶ εἰς Χάρραν τῆς Μεσοποταμίας ἔρχεται. Ἔνθα ὁ Ἀβραὰμ δεκαπέντε ἔτη νῷ πατρὶ συνοικήσας ἐννοεῖ πονε νυκτὸς ἐκ τῆς τῶν ἄστρων κινήσεως τοῦ ἐπιόντος καιροῦ κατασκέψασθαι τὴν ποιότητα· ἦν γὰρ οὐ μετρίως ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἁπασαν τὴν τοιαύτην ἐξασκηθεὶς ἐπιστήμην. Καὶ δὴ μετὰ τὴν ἑκάστου τῶν ζητουμένων διάγνωσιν, συνίησι περιττὴν ἅπασαν εἶναι τὴν τοιαύτην περιεργίαν· δύνασθαι γὰρ αὖθις τὸν Θεόν, εἰ βούλοιτο, μεταπκευάσαι πρὸς τὸ οἰκεῖον βούλημα τὰ προεγνωσμένα. Πάσιν οὖν τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις ἐξ ὅλης ἀποταξάμενος ψυχῆς καὶ σπουδῆς, καὶ τελείαν τῆς περὶ τὸ Θεῖον εὐσεβείας δοὺς τὴν ἀπόδειξιν, ἀκούει παρὰ τοῦ Θεοῦ· « Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. » Καὶ ἐξελθὼν ἅμα τῇ γυναικὶ Σάρρᾳ καὶ Λὼτ τῷ ἀδελφιδῷ μετοικίζεται εἰς τὴν Ἀρραξὰδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μερίδα, ἣν οἱ Χαναναῖοι κατασχόντες γῆν Χαναναίων προσηγόρευσαν, ὧν ἐτῶν οε' τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος τρισχιλιοστὸν τριακοσιοστὸν ὀγδοηκοστὸν ἕβδομον. Ἐλθὼν δὲ Ἀβραὰμ εἰς Συχὲμ κατὰ θεῖον

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(39) In nostro codice scribitur θυγατρός, et annotatur superne γυναικός ; quod secutus sum, contextu approbante.

Nachor Abramus
|
Tharas— —Edna

Abrahamus Tharæ et patruus et socer.

Abramus, quid deinde Abrahamus ;

quam diversitatem vel Cedrenus vel librarius neglexit, diligenter a Moxe annotatam. XYL.

χρῆσμὸν ᾠκοδόμησε θυσιαστήριον ἀνὰ μέσον Βαιθὴλ καὶ Ἀγγαί. Διαπεράσας δὲ τὸν Εὐφράτην τὴν προσωνυμίαν ἔλαβεν· Ἑβραῖοι γὰρ περᾶται λέγονται. Οἱ δὲ ἀπὸ Ἔβερ λέγουσιν αὐτοὺς καλεῖσθαι Ἑβραίους. Καὶ τῷ πα' ἔτει αὐτοῦ, ἤτοι τῷ ζ' ἔτει (40) τῆς αὐτοῦ παροικίας, κατῆλθεν εἰς Αἴγυπτον μετὰ Σάρρας.

Τούτοις τοῖς χρόνοις ἦμασε Μελχισεδὲκ, παρθένος ἱερεὺς ἀγενεαλόγητος, ἐν ἄρτῳ καὶ οἴνῳ προτυπῶν τὴν ἀναίμακτον θυσίαν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Υἱὸς δὲ ἦν ὁ Μελχισεδὲκ Σίδου βασιλέως, υἱοῦ Αἰγύπτου, ὃς καὶ κτίζει Σιδῶνα πόλιν. Ἀπάτωρ δὲ καὶ ἀμήτωρ καὶ ἀγενεαλόγητος λέγεται διὰ τὸ μὴ ἐξ Ἰουδαϊκῆς γενεᾶς κατάγεσθαι καὶ διὰ τὸ τοὺς γονεῖς αὐτοῦ πονηροὺς ὄντας μὴ ἀριθμεῖσθαι μετὰ ὁσίων, καὶ ὅτι τῶν Χαναναίων ἤρχων τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐβασίλευε· μελχὶ γὰρ βασιλεὺς ἑρμηνεύεται, σεδὲκ δὲ δικαιοσύνη. Ἱερουσαλὴμ δὲ καὶ ἡ πόλις ὠνομάσθη, πρώην Ἰεβοῦς [P. 28]. λεγομένη διὰ τὸ Ἰεβουσαίους οἰκεῖν ἐν αὐτῇ. Τὸ γὰρ Ἰεβοῦς κατὰ τροπὴν τοῦ β εἰς ρ γίνεται Ἱερού· τὸ δὲ σαλὴμ προστιθέμενον Ἱερουσαλὴμ ὄνομα ἀποτελεῖ. Σαλὴμ γὰρ εἰρήνην σημαίνει. Τοῦτο δὲ ὠνομάσθη ἢ διὰ τὸ τὸν Μελχισεδὲκ ἱερατεύειν Θεῷ ἐν αὐτῇ, ἢ διὰ τὸ ἱερὸν εἶναι τοῦ Θεοῦ κατὰ τόπον. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου γέγονε· δύο γὰρ ποταμοὶ ὅ τε Ἰὸρ καὶ ὁ Δὰν μιγνύμενοι καὶ ἕνα ποταμὸν ἀποτελοῦντες καὶ τὰς ἐπωνυμίας ἤνωσαν. Ἐπεὶ δὲ ἀπὸ ἀλλοτρίου ἔθνους καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ὁ Μελχισεδὲκ κατάγεται, οὐκ ἐγράφη δὲ πότε ἐγεννήθη καὶ ἀπὸ ποίου πατρὸς καὶ μητρὸς ἢ πότε ἀπέθανε, δικαίως ἂν λέγοιτο μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν μήτε ζωῆς τέλος ἔχειν αὐτόν· οὐ γὰρ ἠδύνατο γενεαλογηθῆναι, ἐκ τῶν παραλειφθέντων ἐθνῶν καταγόμενος.

Τῷ δὲ πς' ἔτει τοῦ Ἀβραὰμ ἔτεκεν Ἄγαρ τὸν Ἰσμαήλ· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ,γτ,η'. Καὶ πῦρ κατὰ τῆς Πενταπόλεως ὑετίζει Θεὸς, καὶ ἀναλίσκει μὲν ἐξ αὐτῆς ἅπαν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, διαφθείρει δὲ καὶ αὐτὸ τὸ ἀνάστημα τῆς γῆς, καὶ τῆς προκειμένης θαλάσσης νεκροῦται τὰ ὕδατα. Μετὰ ταῦτα τῆς κατὰ Μαμβρῆ δρυὸς ἀπαναστὰς ὁ Ἀβραὰμ ἐπὶ τὸ φρέαρ κατασκηνοῖ τοῦ ὅρκου. Ἑαυτῷ δὴ ἰδίᾳ καὶ τοῖς οἰκέταις αὐτοῦ κατὰ συγγενείας πηξάμενος σκηνὰς, τότε πρῶτον Ἀβραὰμ τῆς σκηνοπηγίας ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας ἐπιτελεῖ τὴν ἑορτὴν, ἣν εἰσέτι καὶ νῦν ὁ Ἰουδαῖος ἑορτάζει σκηνοπηγῶν. Ἐκ γοῦν τοῦ Ἰσμαὴλ Ἰσμαηλῖται οἱ Σαρακηνοὶ ὀνομάζονται. Σαρακηνοὺς δὲ ἑαυτοὺς μετωνόμασαν, ἀπαξιοῦντες καλεῖσθαι δουλικῶς Ἀγαρηνοί· οἱ δέ φασιν ὅτι Σάρρα τὴν Ἄγαρ κενὴν ἐξαπέστειλε κληρονομίας. Παροικήσας δὲ ἐν Γεράροις (41), τὴν νῦν Ἀσκάλωνα λεγομένην, μετὰ τὴν τῆς Σάρρας τελευτὴν ἔλαβε τὴν Χεττοῦραν εἰς γυναῖκα, ἐν τῷ γήρᾳ αὐτοῦ· ἀφ' ἧς ἔσχεν υἱοὺς πέντε, Ζεμβρίαν, Ἰεξὰν, Μαδὰμ, Μαδιὰμ, Ἰεσβών.

Ὅτι ὁ Λὼτ χωρισθεὶς τοῦ Ἀβραὰμ κατῴκησεν εἰς Σόδομα δι' ἀρετὴν καὶ κάλλος τῆς γῆς, ἐχούσης πέντε πόλεις, Σόδομα, Γόμορρα, Ἄδαμα, Σεβόϊν καὶ

A transeundo Hebræi dicuntur), quanquam ad Hebero alii id nomen deductum sentiant. Anno ætatis suæ 81 seu peregrinationis septimo, in Ægyptum cum Sara descendit.

Floruit eo tempore Melchisedecus, cœlebs, sacerdos et ignotæ stirpis, qui incruentam victimam Christi Dei nostri pane et vino jam tum repræsentabat. Sane is filius fuit Sidæ regis, filii Ægypti, qui Sidonem exstruxit; sed patre ac matre carere incertæque stirpis dicitur, quod genus suum a Judæis non duxit, et quia parentes ejus, homines mali, cum piis non recensentur; tum quod Chananæis imperans Jerusalem regno tenebat: melchi enim regem, sedec justitiam significat. Jerusalem urbis nomen est, cum **50** ante B Jebus appellaretur ab incolentibus eam Jebusæis. Nam B in R mutato ex Jebu fit Jeru; cui additum salem Jerusalem absolvit. Est autem salem pax; idque nomen loco obtigit, vel quod Melchisedecus Deo ibi sacrificabat, vel quod ibi fanum Dei erat. Eodem modo Jordani nomen est factum: duo enim amnes Ior et Dan confluentes unumque fluvium reddentes nomen, quoque ei suis in unum compositis dederunt. Quoniam vero Melchisedecus non Abrahami, sed aliena familia ortus fuit, neque scriptum est quando, quo patre, qua matre natus, aut quando mortuus sit, recte dici possit cum neque initium dierum neque finem vitæ habere, cum ex non commemoratis gentibus orti genus recenseri nequiverit.

C Anno Abrahami 86, mundi 3398, Agar Ismaelum peperit. Tunc igneum imbrem Pentapoli Deus immisit, universoque ibi deleto hominum genere ipsas etiam urbes sola complanavit, ac maris vicini aquas enecavit. Inde a quercu quæ ad Mambrem erat digressus Abrahamus ad puteum jurisjurandi tabernaculum fixit; cumque seorsim sibi, seorsim servis per familias exstruxisset casas, tunc primum septem dies ob tabernacula fixa festos egit, quod adhuc Judæis est solemne. Ab Ismaelo Ismaelitæ dicuntur, iidemque Saraceni. Hoc nomen sibi sumpserunt, cum ab ancilla Agareni appellari indignarentur. Alii dicunt, quod Sara Agaram **51** absque ulla hæreditate amandaverit. Postea Abrahamus Geraris, quæ nunc Ascalon dicitur, inquilinum egit, et a morte Saræ Cheturam uxorem senex ducit, D ex qua filios habuit quinque, Zembriam, Iexanum, Madamum, Madianum ac Iesbonem.

Lotus ab Abrahamo se cum separasset, Sodomam ob telluris præstantiam atque elegantiam incoluit; in qua urbes erant quinque, Sodoma,

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(40) Nimirum inito, non completo, ut intelligatur agens annum 75 migrasse. Xyl.

(41) Gen. xx, antequam Isaacus nasceretur; de Chetura Gen. xxv. Mutilate hæc Cedrenus citat. In margine est esse ex Africano potita: incertum, hæcne an quæ sequuntur de Loto et mari Mortuo. Posterius puto verum esse; neque ejus miracula Cedrenum, sed Africanum sibi visa referre. Quod de fructu et fumo dicit, non assequor.

Gomorrha,Adama,Seboim et Segor,totidemque re- A ges imperabant.His quinque regibus quatuor finitimi Syrorum reges bellum fecerunt,ductore Chodollogomore Ilami rege.Prælium commissum est apud Salsum mare, quod nunc Mortuum vocatur ; quo in mari permulta sunt admirabilia, quæ ipse spectavi.Nam neque animal ullum ea aqua profert,et cadavera sub aquas decidunt, vivus autem aliquis non facile corpus suum sub aquam mergere possit ; et lucernæ ardentes quidem innatant, exstinctæ autem submerguntur. Ibi bituminis sunt fontes. Fert etiam alumen ac salem modico ab aliis discrimine : nam et amara sunt,pellucida. Ubi vero fructus reperitur,nihil quidquam præterfumum probet. Aqua sanitatem utentibus confert, prorsusque omnia eorum quæ aliis accidunt aquis contraria habet accidentia.Quod nisi is locus Jordanem pro nutrimento haberet,qui purpuræ instar perlabitur ac plurimum resistit,opinione etiam citius desiisset.Juxta balsamum uberrime provenit. Ob impietatem accolarum subversa a Deo ea loca existimant. B

52 Isaaci vocabulum risum a voluptate profectum notat. Hebraica enim lingua id ei nomen factum est, propterea quod Sara audita divina prolis sibi in senectute futuræ promissione subriserat. Natus est Isaacus anno mundi 3443.

Eodem tempore in Creta Saturnum et Rheam regnasse Græci narrant. Qui vero ad Atlanticum Oceani sinum incolunt eos primum regem habuisse Cœlum, qui uxorem Titan habuerit unde Titanes appellati. Hunc ferunt accurate astrorum cursus observasse, ac multis quæ in mundo C eventura erant prædixisse.

Abrahamus annum agens 83 fame oborta in Ægyptum descendit. Eodem anno Jupiter Saturni filius cum Junone Cretæ regnum tenuit. Tunc et Titanes bello Jovem tentarunt : et Bacchus, non Semeles ille filius, sed alius multo vetustior, vinum reperit, inque torcularibus (*Lenus* Græci vocant) expressit,unde ei Lenæi cognomen.Ita etiam Ceres frumentum fertur et hordeum invenisse. Hæc est quæ Isidis nomine ab Ægyptis colitur. Iisdem Bacchus est Osiris.Ea tempestate, ut fabulis perhibetur, Marsyas Phryx et Apollo cum eis incidisset de cithara contentio, ad Nysam, ubi Bacchus erat, accesserunt, atque ibi Marsya superato Apollo per iram pellem vivo detraxit, ru- D ptisque fidibus inventum concentum **53** abolevit. Postea temporis aiunt Musas et Orpheum rursus inventam Lino tradidisse.

Tunc etiam Cœli filios floruisse traditum est, ex his Atlantem maxime celebrem fuisse, atque huic obtigisse loca quæ sunt ad Oceanum.Eumdem primum astrologiam accurate condidisse et de globo doctrinam protulisse ; quæ causa fuerit cur mundus Atlantis humeris gestari putaretur.

Scriptum est in parva Genesi Mastiphaten dæmoniorum principem ad Deum accessisse, ac dixisse : « Si te diligit Abrahamus,immolet tibi filium

Σηγὼρ, καὶ τοσούτους βασιλεῖς. Τούτοις οἱ πλησιόχωροι τέσσαρες βασιλεῖς Σόρων ἐπολέμησαν, ὧν ἡγεῖτο Χοδολλογομὸρ βασιλεὺς ὁ Ἐλάμ. Συνέβαλον δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν τὴν ἁλικήν. Καὶ καλεῖται νῦν θάλασσα Νεκρὰ, πλεῖστα θαυμάσια ἔχουσα, ἃ ἐγὼ ἐθεασάμην. Ζῷόν τε γὰρ οὐδὲν ἐκεῖνα φέρει τὸ ὕδωρ, καὶ νεκρὰ μὲν σώματα ὑποβρύχια γίνεται, ζῶν δέ τις οὐδ' ἂν ῥᾳδίως βαπτίσαιτο. Καὶ λύχνοι μὲν καιόμενοι ἐπιφέρονται, σβεννύμενοι δὲ καταδύουσιν. Ἐνταῦθά εἰσιν αἱ τῆς ἀσφάλτου πηγαί. Φέρει δὲ στυπτηρίαν καὶ ἅλας ὀλίγον τι τῶν ἄλλων διαφέροντα· πικρά τε γὰρ εἰσι καὶ διαυγῆ. Ἔνθα δ' ἂν καρπὸς [P. 29] εὑρεθῇ, καπνοῦ πλέον εὑρίσκεται οὐδέν. Τὸ δὲ ὕδωρ ἰᾶται τοὺς χρωμένους αὐτῷ, λήγει τε παντὶ ὕδατι πάσχον τὰ ἐναντία. Εἰ δὲ μὴ Ἰορδάνην εἶχεν ὁ τόπος τροφὴν ὡς πορφύραν διατρέχοντα καὶ ἐπὶ πολὺ ἀντέχοντα, ἔλιξεν ἂν θᾶττον ἢ φαίνεται. Ἔστι δὲ παρ' αὐτῇ πάμπολυ τὸ βαλσάμου φυτόν. Ὑπονοεῖται δὲ ἀνατετράφθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν τῶν περιοικούντων ἀσέβειαν.

ὕδωρ ὥσπερ τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος, κατεκερμάτισε ταῦτα κατὰ πάσης αὐτοῦ τῆς κτίσεως, καὶ ἔστιν ὕδωρ ὑπερᾴτω τοῦ στερεώματος, ὅ ἐστιν αἰθήρ, καὶ ἔστιν ὕδωρ καὶ πῦρ ὑποκάτω τῆς γῆς. Καὶ τὸ μὲν ἐπάνω τῆς γῆς ὕδωρ συναχθὲν εἰς συναγωγὴν μίαν θάλασσα προσηγορεύθη, τὸ δὲ ὑποκάτω τῆς γῆς ἀπομεῖναν ἄβυσσος ἐκλήθη, ἐξ οὗ καθάπερ σιφωνές τινες ἀναπέμπονται πρὸς ζωὴν ἡμῶν καὶ παντὸς ζώου αἱ πηγαί. ἀφ' οὗ καὶ τὰ θερμὰ ἀνάγονται. Καὶ τὰ μὲν πορρώτερα τοῦ κατω πυρὸς [P. 243] ἀπέχοντα προνοίᾳ θεοῦ ἀναδίδονται ψυχρότερα, τὰ δὲ πλησίον τοῦ πυρὸς ἐκεῖθεν ἐκπυρούμενα ζέοντα λίαν ἀναφέρονται, ὅσα δὲ οὐ πολὺ πλησιάζουσι, χλιαρὰ ἀναδίδονται.

Καὶ τὸ μὲν ὑποκάτω τῆς γῆς πῦρ κολαστήριόν ἐστι δαιμόνων καὶ ἁμαρτωλῶν ἀνθρώπων, τὸ δὲ κατωτάτω ὕδωρ, ψυχρότερον ὂν καὶ εἰς βώλους κρυστάλλου πεπηγὸς, ὃ καὶ Τάρταρος λέγεται, βασανιστήριόν ἐστιν ὡσαύτως καὶ τοῦτο τῶν μὴ φυλαξάντων τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου. Ὅτι δὲ πῦρ ἔστιν ὑποκάτω τῆς γῆς, πειθέτω σε τὸ ἐν Σικελίᾳ καὶ ἐν Λυκίᾳ προφανῶς ἀναδιδόμενον καὶ μέντοι καὶ ἐν ἄλλοις διαφόροις τόποις ὁμοίως παραδεικνύμενον πῦρ, εἰς τὴν φοβερὰν γέενναν προδήλως πάντας κατακαῖον ὅσοι τὰ τοῦ πυρὸς ἔργα πεπράχασι. Περὶ οὗ καὶ ὁ μέγας Μωσῆς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ φησιν ὅτι, Πῦρ ἐκκέκαυται ἐκ τοῦ θυμοῦ μου, καυθήσεται ἕως ᾅδου κατωτάτου καταφάγεται γῆν καὶ τὰ γεννήματα αὐτῆς, φλέξει θεμέλια ὀρέων. Οὕτως δὲ καὶ Ἡσαΐας διαῤῥήδην προφαίνων τοῖς ἁμαρτωλοῖς τὴν ἐσομένην καὶ ἡτοιμασμένην αὐτοῖς διὰ τοῦ ἀσβέστου πυρὸς κόλασιν ἐκβοᾷ· Τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν ὅτι πῦρ καίεται, καὶ τίς ἀπαγγελεῖ ὑμῖν τὸν τόπον τὸν αἰώνιον; Πορεύεσθε τῷ φωτὶ τοῦ πυρὸς ὑμῶν, καὶ τῇ φλογὶ ᾗ ἐξεκαύσατε. Καὶ ἐξελεύσονται καὶ ὄψονται τὰ κῶλα τῶν ἀνθρώπων τῶν παραβεβηκότων ἐν ἐμοὶ, λέγει Κύριος. Ὁ γὰρ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκί. Καὶ δὴ καὶ ὁ θεηγόρος Χρυσόστομός φησιν· Ὅρα παράδοξον αὖθις ἕτερον, ἐναντίας φύσεις συνιούσας. Οὔτε γὰρ ἀστραπῆς τι πυριωδέστερον οὔτε ὕδατος ψυχρότερον, ἀλλ' ὅμως ἀναμίγνυται, καὶ οὐ συγχεῖται οὐδὲ κεράννυται, ἀλλὰ τοὺς οἰκείους ἕκαστον διατηρεῖ ὅρους. Τὸ πῦρ ἐν τῷ ὕδατι καὶ τὸ ὕδωρ ἐν τῷ πυρί, καὶ οὔτε τοῦτο ἐξήρανε ἐκεῖνο οὔτε ἐκεῖνο κατέσβεσε τοῦτο. Καίτοι, ἀστραπὴ τοῦ ἡλιακοῦ πυρὸς ὀξύτερον καὶ φανότερον. Καὶ μαρτυροῦσιν αἱ ὄψεις αἱ ταῖς ἀκτῖσι διηνεκῶς καταλαμπόμεναι, ἐκείνης δὲ τὴν φορὰν οὐδὲ πρὸς βραχὺ δυνάμεναι ἐνεγκεῖν. Καὶ ὁ μὲν ἥλιος διὰ πάσης ἡμέρας διατρέχει τὸν οὐρανὸν αὐτὴ δὲ ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ὡς καὶ Χριστὸς μαρτυρεῖ λέγων· Ὥσπερ ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἐξ ἀνατολῶν καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν. Εἶτά φησιν· Ὁ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτῶν. Αὕτη πάλιν ἑτέρα φύσις, οὐ μικρὰν ἡμῖν παρέχουσα χρείαν, ἀλλὰ τοσαύτην ὥστε εἰς τὸ πολὺ τῆς ὠῆς ἡμῖν συντελεῖν, κεκμηκότα ἀνακτᾶσθαι τὰ σώματα. Τοῦτο γὰρ ἔργον ἀνέμων, ἀναῤῥιπίζειν τὸν ἀέρα, ὥστε μὴ

Aram. Et aqua quidem superior in unum collecta mare dicitur: quæ autem infra terram residet, abyssus nominatur, unde veluti tubuli quidam emittuntur fontes, ad vitæ nostræ et animalium omnium usus; atque indidem etiam calidæ ebulliunt. Nam quæ, Dei providentia sic ordinante, longius ab igne inferiore absunt aquæ, eæ frigidiores eduntur; quæ igni propiores sunt, ab eo calorem concipiunt et admodum fervidæ sursum efferuntur; quæ autem non prope ignem sunt, tepidæ exeunt.

Atque ignis quidem qui infra terram est, dæmonum et peccatorum hominum supplicio inservit. Aqua etiam imo infra terram loco, ita frigida ut in glebas glaciei congelet, qui et Tartarus dicitur, ipsa etiam facit ad cruciandos eos qui Dei præcepta violaverunt. Esse autem ignem subter terram, persuadere tibi debet ignis qui in Sicilia, Lycia aliisque locis manifesto erumpit; quo nimirum præmonstratur in horrenda gehenna omnes uri qui ignem suis factis meruerunt. De hoc igne etiam magnus ille Moses in persona Dei loquitur: Exarsit ignis me excandescente, cujus incendium pertinget usque ap infirma inferorum, consumet terram et ejus proventus, comburet fundamenta montium [58]. Sic etiam Isaias exclamat, peccatoribus diserte prædicens inexstinguibilis ignis pœnas jampridem eos manentis. Quis inquit, vobis nuntiabit ignem jam ardere? Quis vobis locum æternum demonstrabit? Ambulate in lumine ignis vestri, et flamma quam concepistis. **427** Et exibunt alii, ac videbunt membra hominum eorum qui contra me deliquerunt, quia vermis eorum non morietur et ignis non exstinguetur, ostentuique erunt omnibus hominibus [58*]. Sed et divino præditus eloquio Chrysostomus dicit: Rursum mihi aliud admirabile considera. Congrediuntur duæ naturæ contrariæ: quid enim sit aut fulgure magis igneum aut aqua frigidus? Tamen ita coeunt ut neque confundantur neque temperentur: sed et aqua in igne et ignis in aqua suas utrumque servat proprietates: nam neque aquam ignis exsiccat, neque iguem aqua exstinguit. Et sane fulgur etiam solari igne acutius est et lucidus; quod testantur oculi, qui cum perpetuo radiis solaribus illustrentur, fulguris splendorem ne exiguo quidem tempore possunt ferre. Et sol totum diem permeando cœlo insumit, fulgur uno momento totum orbem pervadit, quod et Christus testatur, inquiens: Sicuti fulgur ab ortu exit et usque ad occasum videtur. Deinde addit: Qui ventos educit ex eorum thesauris. Quæ rursum alia est natura, non parvam nobis utilitatem conferens, sed tantam ut ad plurimam vitæ partem nobis conducat, ad reficiendum fatigata corpora. Ventorum enim officium est aerem excitare, ne motu carens vitium capiat, itemque coquere

[58] Deut. xxxii, 22 [58*] Isa. lxvi.

fructus et alere corpora. Quis explicet quantum navigationibus prosint? et eorum tempora, quibus ordine ingruunt aliusque alii cedunt, choreas in mari ducentes, aliique **428** eorum navigantes quo volunt deducentes, alii excipientes? Quin et contrariis incedentes viis atque ministeria sua obeuntes utili vitæ nostræ pugna inter se decertant. Sexcenta possent commemorari ventorum officia; sed tamen vales his omnibus enumerandis supersedens facilitatem tantummodo opificii expressit. Qui enim dicit: De thesauris ipsorum, is non dicit quosdam esse ventorum thesauros, sed significat quam facile sit ei qui mandat, omnia pro suo arbitrio in promptu habere. Quemadmodum enim rem quam in thesauro habemus, facile ex eo vel promimus, vel, si visum sit, recondimus, ita universi Opifex omnia nullo negotio effecit ac natura tradidit. Vidisti quanta sit in aere varietas, sicut et in aqua et in igne multæ sunt varietates. Aquarum enim alia est fontana, alia marina, alia aerea, alia in nebulis, alia supra cælos alia supra homines alia infra terram, ex qua etiam diversis locis aquæ ebulliant mirabiliter ab igne qui sub terra est calefactæ. Ignis alius in sole est, alius in luna, alius in fulguribus, alius in aere, alius qui ex lignis a nobis et lucernis exit, alius qui ex terra erumpit: multis enim locis eum edi videmus non secus quam etiam fontes. Alius ignis est qui attritu lapidum ejicitur, et alius qui attritu frondium arborearum; alius in fulminibus ex æthere, alius ex aqua et vitris pellucidissimis ac purissimis **429** exsilire solet. Sic et quod ad aerem attinet, alius est crassior, qui nos ambit, isque corruptionis causa est et multorum periculosorum morborum: alius tenuior, qui corporibus bonam temperiem et firmitatem conciliat; alius siccior et fervidior. Sic et ventorum sunt differentiæ secundum tenuitatem, crassitiem, frigus, siccitatem, humiditatem, caliditatem. Itaque vates cum in inexhaustam tot tantorumque Dei beneficiorum abyssum incidisset commemorandam, quibus Dei potentia atque sapientia demonstratur, vidensque immensum se mare ingressum, resiluit hac cum exclamatione: Magnificentissima sunt tua, Domine, opera sapienter omnia fecisti, sapientiaque omnia et animata et inanimata implevisti.

A ἀκίνητον ὄντα διαφθείρεσθαι, πεπαίνειν δὲ τοὺς καρπους καὶ τρέφειν τὰ σώματα. Τί ἂν τις εἴποι τὰ; ἐν ναυτιλίᾳ χρείας αὐτῶν, καὶ τοὺς καιροὺς οἷς τεταγμένους ἐφίστανται καὶ παραχωροῦσιν ἀλλήλοις, χορεύοντες ἐν τῷ πελάγει καὶ [P. 324] τοὺς πλωτῆρας διαβιβάζοντες; Καὶ ὁ μὲν παρέπεμψεν, ὁ δὲ διεδέξατο. Καὶ ἐναντίας ὁδευόντων ὁδοὺς καὶ διακονούντων ἡ μάχη αὐτῶν πάλιν τῷ βίῳ γίνεται χρήσιμος. Καὶ μυρία ἄν τις εἴποι τῶν ἀνέμων ἔργα. Ἀλλ' ὅμως πάντα ταῦτα παραδραμὼν ὁ προφήτης καὶ καταλιπὼν ἀνάλεγεσθαι, αὐτὸ μόνον τὴν εὐκολίαν τῆς δημιουργίας παρέστησε. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, Ἐκ θησαυρῶν αὐτῶν, οὐ σαῦτο δηλοῦντάς ἐστιν, ὅτι θησαυροί τινές εἰσιν ἀνέμων, ἀλλὰ τὴν εὐκολίαν τοῦ ἐπιτάττοντος καὶ τὸ ἕτοιμον τῆς βουλῆς καὶ παρεσκευασμένον. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἔχων ἐν θησαυρῷ μετὰ ἀδείας ἐξάγει πάντα, καὶ ὅτε βούλεται πάλιν εἰσάγει, οὕτως ὁ τοῦ παντὸς Δημιουργὸς πάντα εὐκόλως ὑποίησε καὶ τῇ φύσει παρέδωκεν. Ἰδίους καὶ πάτη ἐν ἀέρι διαφορὰ, καθάπερ καὶ ἐν πυρὶ καὶ ἐν ὕδατι πολλαὶ ἐναλλαγαί. Καὶ γὰρ τοῦ ὕδατος τὸ μὲν ἐστι πηγαῖον, τὸ δὲ θαλαττιον, τὸ δὲ ἀέριον, τὸ δὲ ἐν νεφέλαις, τὸ δὲ θαλάττιον, τὸ δὲ ὑπεράνω τῶν ἀνθρώπων, τὸ δὲ ὑπόγειον, ἀφ' οὗ καὶ τὰ θερμὰ ὕδατα ἐν διαφόροις τόποις ἀνάγονται, διὰ τοῦ ὑπογείου πυρὸς θερμανθέντα παραδόξως. Καὶ τοῦ πυρὸς τὸ μὲν ἐστιν ἐν ἡλίῳ, τὸ δὲ ἐν σελήνῃ, τὸ δὲ ἐν ἀστραπαῖς, τὸ δὲ ἐναύριον, τὸ δὲ ἀπὸ ξύλων, τὸ περὶ ἡμᾶς καὶ τὸ λυχναῖον, τὸ δὲ ἀπὸ γῆς (καὶ γὰρ ἔστι πολλαχοῦ τὸ τοιοῦτο ἀπὸ γῆς ἀναδιδόμενον ἰδεῖν, ὥσπερ αἱ πηγαὶ τῶν ὑδάτων), τὸ δὲ ἐν λίθοις παρατριβομένοις, τὸ δὲ ἐν κόμαις δένδρων καὶ αὐτῶν παρατριβομένων, τὸ δὲ ἐν κεραυνοῖς ἐκ τοῦ αἰθέρος, τὸ δὲ ἐξ ὑδάτων καὶ ὑέλων διαυγεστάτων καὶ καθαριωτάτων ἐξάλλεσθαι πέφυκεν. Οὕτω δὲ καὶ ἐν ἀέρι πάλιν ὁ μὲν ἐστι παχύτερος ὁ περὶ ἡμᾶς καὶ φθοροποιὸς καὶ νόσων πολλῶν ἐπικινδύνων αἴτιος, ὁ δὲ λεπτότερος καὶ σωμάτων εὐκρασίας καὶ εὐρωστίας πρόξενος, ὁ δὲ αὐότερος καὶ πυρωδέστερος. Ὥσπερ καὶ τῶν ἀνέμων πολλαὶ διαφοραί· ὁ μὲν γάρ ἐστι λεπτότερος ὁ δὲ παχύτερος, ὁ μὲν ψυχρότερος, ὁ δὲ ξηρότερος, ὁ μὲν ὑγρότερος ὁ δὲ θερμότερος. Ὅθεν οὖν ὁ προφήτης ἐμπεσὼν εἰς τὴν ἄβυσσον τῶν εὐεργετημάτων τούτων καὶ τῶν τοιούτων, ἐν οἷς ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις καὶ σοφία δείκνυται, καὶ ἰδὼν τὸ πέλαγος ἀχανὲς, ἀπεπήδησε μέγα βοήσας· Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας, καὶ

B

C

D

σοφίας ἐνέπλησας τὰ τε ἄψυχα.

Tito successit in imperium frater ejus Domitianus, idque tenuit annos 15, menses 11. Isque in templo Romæ est interfectus insidiis suæ uxoris Neque patris hic neque fratris sectatus est mores, sed contra Tiberii ac Neronis scelera imitatus est. Cum se omni genere flagitiorum homicidiorumque et libidine in mares fœminasque effusa pollnisset, tandem homo a Deo alienus deum se ipsum appel-

Μετὰ δὲ Τίτον ἐβασίλευσε Δομετιανὸς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἔτη ιε' μῆνας ια', καὶ ἐσφάγη ἐν τῷ ναῷ Ῥώμης κατ' ἐπιβουλὴν τῆς ἑαυτοῦ γυναικός. Διάδοχος γὰρ γενόμενος τοῦ ἀδελφοῦ οὐ τὴν πατρικήν τε καὶ ἀδελφικὴν ἐζήλωτεν ἀριστοπολιτείαν (30), ἀλλὰ τὴν τοῦ Τιβερίου καὶ Νέρωνος ἀνοσιεργίαν ἐκ διαμέτρου. Καὶ δὴ πᾶν εἶδος κακίας ἐπελθὼν, μιαιφονίας τε καὶ γυναικομανίας ἅμα καὶ ἀνδρομανίας ἀνάπλεως γε-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(30) Equam imperii legem et laudatam in administranda republica solertiam, potius quam privatos mores, inspice. Goar.

νομενος, ἑαυτὸν ὁ ἄθεος τελευταῖον ἀπεθέωσε. [P. 245] Κάντεῦθεν ἔχθιστον ἅπασι καὶ ἀπόβλητον διὰ τὸ φονικόν τε καὶ θηριώδες τῆς μιαρᾶς γνώμης ἑαυτὸν ὁ τάλας ἀποφήνας, εἰκότως μέλα τὰ ἐπίχειρα τῆς οἰκείας δυσμενείας κομισάμενος (51) αἰσχίστῳ μόρῳ τὸν μυσαρὸν καὶ βέβηλον καταστρέφει βίον, ὡς εἴρηται. Οὗτος τὰς γενέσεις τῶν πρώτων τῆς Ῥώμης ἐρευνῶν, οὐκ ὀλίγους εὑρίσκων ἐν δυνάμει ἔσεσθαι ἀνῄρει διὰ προφάσεως. Οὗτος διέταξεν ἐν ταῖς πόλεσιν ἀμπέλους μὴ φυτεύειν. Οὗτος τοὺς ἀπὸ γένους Δαβὶδ καὶ Χριστοῦ ἀναιρεῖσθαι προσέταξεν· ἔδεδίει γὰρ τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου ὡς καὶ Ἡρῴδης ὁ παιδοκτόνος. Τοῦ κηρύγματος δὲ ἤδη δύναμιν λαμβάνοντος ἤγαγον συγγενεῖς τοῦ Κυρίου πρὸς Δομετιανόν. Οὓς καὶ ἐπηρώτησεν εἰ ἐκ Δαβὶδ καὶ Χριστοῦ εἰσι. Καὶ ὡμολόγησαν. Καὶ πόσων, ἔφη, χρημάτων κυριεύετε; Ἐννέα, φασὶ, δηναρίων οἱ πάντες, καὶ πλέθρων γῆς ὀλίγων, ἐξ ὧν τοὺς φόρους ἀναφέρομεν. Καὶ τὰς χεῖρας σκληρὰς ἐκ τῆς ἐργασίας ἐπεδείκνυον. Ὁ δὲ, Καὶ ὑπολα τίς ἐστιν ἡ τοῦ Χριστοῦ βασιλεία, καὶ πότε φανησομένη; Ὡς οὐ κοσμικὴ οὐδὲ ἐπίγειος, ἔφασαν, ἐπουράνιος δὲ καὶ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐν δόξῃ ἐρχομένη κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Ἐφ' οἷς αὐτὸς τούτων καταφρονήσας ἐλευθέρους μὲν αὐτοὺς ἀφεῖναι ἐκέλευσε, τὸν δὲ τῆς Ἐκκλησίας διωγμὸν καταπαῦσαι. Οὗτος ὁ Δομετιανὸς Νερούαν τινὰ ὑπεύθυνον ἐκέλευσε ζῶντα βληθῆναι εἰς πῦρ. Τῶν δὲ ἀστρονόμων εἰπόντων ὑπὸ κυνὸς τοῦτον ἀναλωθήσεσθαι, εὐθὺς ὑετὸς κατενεχθεὶς πολεὺς τὴν πυρκαϊὰν ἔσβεσε, καὶ δεδεμένον ἔτι τὼ χεῖρε κύνες ἀφεθέντες τοῦτον κατέφαγον. Λάργιος δὲ ἀστρονόμος εἶπεν εἰς ὄψιν τῷ Δομετιανῷ τεθνήξεσθαι ἡμέρᾳ τῇδε. Ὁ δὲ ἐκέλευσεν αὐτὸν φυλαχθῆναι ἐν δεσμοῖς, ὡς ἂν τῆς ἡμέρας διελθούσης τῇ ἐπαύριον ἀναιρήσῃ. Ἀλλὰ σφαγέντος αὐτοῦ ὑπὸ Στεφάνου ἀπελευθέρου αὐτοῦ, ἀπελύθη ἀβλαβής. Οὗτος Ἀπολλώνιον τὸν Τυανέα ἀπύκειρε καὶ δέσμιον εἰς δικαστήριον ἤγαγε. Τότε φασὶ καὶ τὸ πολυθρύλητον ἔπος ἐκεῖνο τὸν Ἀπολλώνιον εἰπεῖν·

Οὐ μάν μ' κτανέεις, ἐπεὶ οὔ τοι μόρσιμός εἰμι (52)

καὶ ἄφαντον γενέσθαι παραχρῆμα, κατ' αὐτὴν δὲ τὴν ὥραν εὑρεθῆναι εἰς Ποτιόλους ἡμερῶν τριῶν διάστημα. Ὃς εὑρὼν ἐκεῖσε τὸν μαθητὴν αὐτοῦ Δάμιδα ἀνήγγειλεν αὐτῷ τὰ κατ' αὐτὸν, καθὰ Φιλόστρατος ἱστορεῖ. Καὶ τῷ μετὰ Δομετιανὸν μέλλοντι βασιλεῦσαι Νερούᾳ τὴν τελευτὴν γράμμασιν οἰκείοις προεσήμανεν. Ἐφ' οὗ Τιμόθεος ὁ ἀπόστολος καὶ Ὀνήσιμος ἐμαρτύρησαν, καὶ Κλήμης ὑπὲρ Χριστοῦ ἀναιρεῖται, καὶ Ἰωάννης εὐαγγελιστὴς ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ ὡς ὑπεύθυνος ἐξορίζεται.

Ὁ [P. 246] δὲ Ἀπολλώνιος ἀπὸ Ῥώμης ἐλθὼν εἰς τὸ Βυζάντιον, καὶ παρακληθεὶς ὑπὸ τῶν ἐντοπίων,

lavit. Indeque eum se ob truculentiam, immanitatem ac flagitiosa consilia omnibus invisum et contemptum reddidisset, miser meritas domesticis inimicitiis pœnas dedit, 430 turpissimaque morte sceleratam clausit vitam. Is principum Romæ virorum indagans nativitates, cum non paucis promitti magnam potentiam deprehenderet, eos captata occasione sustulit. Edixit per urbes ne quis vites plantaret. Idem genere Davidum et Christum attingentes conquiri jussit, exemplo Herodis infanticidæ sibi a Christi adventu metuens. Mandatum ejus ministri executi adduxerunt Christi cognatos ad imperatorem. Ii interrogati a Domitiano an a Davido et Christo genus ducerent, ita esse fassi sunt. Quanlæ ergo, inquit Domitianus, vestræ sunt facultates? Responderunt universis esse novem denarios et pauca agri jugera, unde tributum solvant: simul et manus, quæ callos duxerant opere faciundo, ostenderunt. Tum imperator: Et quodnam est Christi regnum, ac quando appetet? Responderunt non esse mundanum neque terrenum, sed cœleste, et Christum in fine mundi id initurum, ubi de vivis sit et mortuis judicaturus. Ob hæc imperator istis hominibus spretis, libertate donavit eos, et a prosequendis Christianis desisti jussit. Is Domitianus Nervam quemdam rei capitalis damnatum vivum in ignem conjici jussit. Astrologis autem prædicentibus eum a cane laniatum iri, statim largus imber obortus rogum exstinxit, et immissi Nervæ adhuc manus ligato canes eum devoraverunt. Largius vero astrologus in faciem Domitiano dixit eum die quam nominabat moriturum. Domitianus eum servari in vinculis jussit, et ea die exacta 431 postridie necandum. Sed imperatore, uti prædixerat, occiso, fuit a Stephano liberto illius, sine noxa dimissus. Is Domitianus Apollonium Tyaneum tonsum vinctumque ad tribunal adduxit. Quo tempore ferunt id fuisse ab Apollonio dictum quod omnium deinde sermone est celebratum.

Me non interimes; non hoc tibi fata dederunt,

simulque subito conspectui hominum subductum fuisse, inventumque eadem hora Puteolis, tridui a Roma itinere, discipulo suo Damidi ibidem reperto, quid secum fuisset actum exposuisse. Auctor Philostratus. Hic Apollonius Nervæ, qui fuerat Domitiano successurus, exitum propriis litteris prædixit. Domitiano imperante doctrinam Christianam Timotheus apostolus et Onesimus suo supplicio confirmarunt; itemque Clemens, et Joannes evangelista damnatus in insulam Patmon est deportatus.

Cæterum Apollonius Roma Byzantium profectus rogatu civium ea urbe multitudinem anguium ac

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(51) Ad verbum: *promerita jam olim innatæ sibi ferocitatis præmia reportavit.* GOAR.

(52) Versus est de initio *Iliadis*. Homerica libri XXII, quo Apollo Achillem a se insequendo dehortatur. De Apollonio exstat justum Philostrati opus, et hæc fabula est in l. VIII. Damidem quoque, non Damantem legi debere satis ex eo, Suida aliisque constat. XYL.

scorpiorum expulit,ne cui porro homini nocerent. Equorum etiam in conventibus principum confuse ferocientium intemperiem refrenavit. Idem ab eo Antiochiæ, cum eo venisset, effugatum est. Cum enim Antiochenses a scorpiis et culicibus divexarentur, æreum ipse scorpium conflavit, supraque eum in terra depositum parva erecta columna populo jussit ut calamos gestarent, perque urbem circuirent, et calamos concutientes inclamarent. Vacet urbs culicibus. 432 Eo modo et scorpii et culices ea ex urbe profligati sunt. Cum autem peteretur ab eo ut terræ motus quibus affligebantur averteret, ingemiscens in tabulis ita scripsit: Væ tibi, misera urbs, quoniam terræ motibus multis incendiisque prosterneris, teque Orontes ad ripas suas deflebit. De hoc magnus Anastasius Theopolis episcopus ita scribit: Quibusdam in locis ad hunc usque diem Apollonii opera stant et suam habent efficacitatem, alia quadrupedibus ac volucribus damnosis avertendis, alia ad inordinatos amnium excursus inhibendos,alia aliis rebus quæ hominibus detrimentum afferent arcendis. Neque eo tantum vivo dæmones per ipsum tot ac talia egerunt, sed ipso etiam mortuo ad monimentum ejus perseveraverunt, atque ipsius nomine miracula quædam ediderunt ad decipiendum miseros homines, qui facile hujusmodi rebus se a diabolo in fraudem induci patiuntur. Quid enim dicam de Manethonis magicis operibus? qui tantus fuit istarum imposturarum artifex, ut semper palam Apollonium irriserit ut non perfecta hujus doctrinæ peritia instructum: Oportebat enim,aiebat, eum, sicuti ego soleo, solis verbis perficere quæ vellet, non operum effectionibus ad ea uti. Hæc autem omnia Dei permissu et dæmonum efficacitate fiunt, ut hujusmodi rebus vera nostra explorelur fides, firmane ea sit et fixa Dominoque 433 adhærens, neque ab eo se avelli sinens præstigiis istis ac diabolicis prodigiis, quæ ministerio servorum improbitatis eduntur. Quippe etiam Dei prætexentes nomen nonnulli vaticinati sunt, ut Balaamus, Saulus et Caiaphas.Alii malos genios abegerunt, ut Judas et filii Scevæ. Ita gratia divina etiam per indignos aliquando operatur ut aliis benefaciat. Nam Balaamus neque recte vivebat neque vera erat fide præditus: et tamen Dei gratia per eum egit propter aliorum utilitatem. Fuit et Pharao malus: atque huic tamen futura indicavit. Et impiissimo Nabuchodonosori nihilominus ea præmonstrata sunt quæ multis post essent eventura ætatibus. Unde constat multos etiam veræ adversos religioni sub Christi nominis præscriptione alio artificio miracula edere ad decipiendos imperitos. Qualis fuit Simon Magus et Menander ac post eos alii eorum similes. Itaque præclare dictum est: neque decipi miraculis convenit, nedum nuda pollicitatione, sed exploranda est veritas eorum quæ dicuntur. Ex fructibus enim eorum judicabitis ipsos, ait Dominus.

A ἐποίησε ταῦτα, φυγαδεύσας τὸ πλῆθος τῶν ὄφεων καὶ σκορπίων ἐκ τῆς πόλεως, ὥστε μὴ ἀδικεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τῶν ἵππων τὴν ἀταξίαν χαλινώσας ἐν ταῖς συνελεύσεσι τῶν ἀρχόντων. Ὡσαύτως καὶ εἰς Ἀντιόχειαν παραγενόμενος ἐυστοπηθεὶς ἐποίησε. Τυραννουμένων γὰρ τῶν Ἀντιοχέων ὑπὸ τῶν σκορπίων καὶ κωνώπων, ποιήσας χαλκοῦν σκορπίον καὶ χώσας αὐτὸν ἐν τῇ γῇ καὶ μικρὸν ἐπιστήσας ἐπάνω κίονα, βαστάζειν προσέταξε καλάμους τῷ λαῷ, καὶ περιερχομένους ἐν τῇ πόλει κράζειν, τοὺς καλάμους ἐπισείοντας, Ἀκώνωπα τῇ πόλει. Καὶ οὕτως ἐξηφανίσθησαν ἐκ τῆς πόλεως οἵ τε σκορπίοι καὶ οἱ κώνωπες. Αἰτηθεὶς δὲ καὶ περὶ τῶν ἐπικειμένων αὐτῇ σεισμῶν, στενάξας ἔγραψεν ἐν διπτύχῳ ταῦτα· Οὐαί σοι, τάλαινα πόλις, ὅτι σει-
B σμοῖσι πολλοῖς καὶ πυρσοῖς κατενεχθήσῃ. Κλαύσεται δέ σε καὶ ὁ παρ' αἰγιαλοῖς Ὀρόντης. Περὶ οὗ μέντοι καὶ ὁ μέγας Ἀναστάσιος Θεουπόλεώς φησιν Ἀπολλωνίου δὲ μέχρι νῦν ἔν τισι τόποις ἐνεργοῦσι τὰ ἀποτελέσματα ἱστάμενα, τὰ μὲν εἰς ἀποτροπὴν ζώων τετραπόδων καὶ πετεινῶν βλάπτειν δυναμένων ἀνθρώπους, τὰ δὲ εἰς ἐποχὴν ῥευμάτων ποταμοῦ ἀτάκτως φερομένου, καὶ ἄλλα εἰς ἕτερα ἐπὶ φθορᾷ καὶ βλάβῃ ἀνθρώπων ὑπάρχοντα ἀποτρόπαια ἱστάντα. Καὶ οὐ μόνον ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα εἰργάσαντο οἱ δαίμονες δι' αὐτοῦ, ἀλλά γε καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ παραμένοντες τῷ μνήματι αὐτοῦ σημεῖά τινα ἐξ ὀνόματος αὐτοῦ ἐπετέλεσαν πρὸς ἀπάτην τῶν ἐλεεινῶν ἀνθρώπων, τῶν ῥᾳδίως ὑποκλεπτομένων εἰς τὰ τοιαῦτα ὑπὸ τοῦ
C διαβόλου. Τί ἄν τις εἴποι περὶ τῶν κατὰ Μανέθωνα μαγικῶν ἔργων; ὃς τοιοῦτος ἄκρος γέγονε τῇ μαγικῇ ἀπάτῃ ὥστε αὐὶ ἔσκωπτε προδήλως τὸν Ἀπολλώνιον ὡς μὴ ἀκριβῆ τὴν κατ' αὐτοὺς φιλοσοφικὴν ἐμπειρίαν ἐσχηκότα. Ἔδει γὰρ αὐτὸν, φησίν, ὥσπερ ἐγὼ, λόγῳ μόνῳ ποιεῖν ἅπερ ἐβούλετο, καὶ μὴ ἀποτελέσμασιν ἐπιτρέπειν τὰ παρ' αὐτοῦ πραττόμενα. Ταῦτα δὲ πάντα συγχωρήσει τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργείᾳ δαιμόνων γίνονται πρὸς τὸ διὰ τῶν τοιούτων πραγμάτων δοκιμάζεσθαι τὴν ἡμετέραν ὀρθόδοξον πίστιν, εἰ ἑδραία ἐστὶ καὶ παγία προσμένουσα τῷ Κυρίῳ, καὶ μὴ ὑποσυρομένη ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ διὰ τῶν
D φαντασιωδῶν τεράτων καὶ σατανικῶν ἔργων τῶν πραττομένων ὑπὸ τῶν δούλων καὶ ὑπηρετῶν τῆς κακίας. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου προσφήτευσάν τινες, ὡς Βαλαὰμ Σαοὺλ καὶ Καϊάφας, καὶ δαιμόνια πάλιν ἐξέβαλον, ὡς Ἰούδας καὶ οἱ υἱοὶ Σκεύα. Οὐκοῦν καὶ εἰς ἀναξίους ἡ χάρις ἐνεργεῖ πολλάκις, ἵν' ἑτέρους ὠφεληθῇ. Καὶ γὰρ Βαλαὰμ, ἀμφοτέρων ἀλλότριος ἦν, βίου ἀρίστου καὶ πίστεως· ἀλλ' ὅμως ἐνήργησεν εἰς αὐτὸν ἡ χάρις διὰ τὴν ἑτέρων οἰκονομίαν. Καὶ [P. 247] Φαραὼ τοιοῦτος ἦν, ἀλλὰ κἀκείνῳ τὰ μέλλοντα προέδειξε. Καὶ ὁ Ναβουχοδονόσορ παρανομώτατος, ἀλλὰ γε καὶ τούτῳ τὰ μετὰ πολλὰς ὕστερον ὀφόμενα γενεὰς ἀπεκάλυψεν. Ὅθεν δῆλον ὅτι πολλοὶ καὶ τῶν ἐναντίον ἐχόντων φρόνημα ὑπὲρ τῷ προσχήματι τοῦ Χριστοῦ παρόντια ποιοῦσιν ὑπέρῃ τέχνῃ τινὶ πρὸς ἀπάτην ἀνθρώπων ἀπειροκάλων, οἷος, ἐγένετο Σίμων ὁ δι' οὓς εἰκότως ἔφη μὴ θαύμασιν ἀπατᾶσθαι προ-

μάνος καὶ Μένανδρος μετ' ἐκεῖνον καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι,

ἥκειν μητε μὴε ἐπαγγελίᾳ ψιλῇ, δοκιμάζειν δὲ τῶν λεγομένων τὴν ἀλήθειαν. Ἐκ τῶν καρπῶν γάρ, φησὶν ὁ Κύριος, αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς.

Νέρουας ἐβασίλευσεν ἔτος ἓν μῆνας δ', ἡμέρας θ, A σώφρων ὢν καὶ ἐπιεικής. Ἐκ Παιονίας δὲ ἀγγελία ἐπινικίων ἐλθοῦσα παρὰ Τραϊανοῦ, ἀνελθὼν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ καὶ λιβανωτὸν ἐπιθύσας, στὰς ἐπὶ βήματος, μεγάλα βοῶν τῆς τε βουλῆς καὶ τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων παρόντων ἔφη. Ἀγαθῇ τύχῃ Νέρουας Τραϊανὸν υἱοποιοῦμαι. Οὗτος ἀπηγόρευσε τοῦ ἐκτέμνειν τινῶν τὰ αἰδοῖα ἐν Ῥώμῃ. Νόσῳ δὲ τελευτᾷ. Οὗτος ὁ Νέρουας ἀνεκαλέσατο τὸν Θεολόγον Ἰωάννην ἐκ τῆς ἐξορίας, καὶ ἀπέλυσεν οἰκεῖν ἐν Ἐφέσῳ, μόνον τότε περιόντα τῷ βίῳ ἐκ τῶν ιβ' μαθητῶν· ὃς συγγραψάμενος τὸ κατ' αὐτὸν Εὐαγγέλιον ἐν εὐρήνῃ ἀνεπαύσατο. Περὶ οὗ καὶ ὁ πολυίστωρ Εὐσέβιος ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ Ἱστορίᾳ φησί· Θωμᾶς δὲ τὴν Παρθίαν ἔλαχεν, Ἰωάννης δὲ τὴν Ἀσίαν, πρὸς ἣν καὶ διατρίψας ἐτελεύτησεν ἐν Ἐφέσῳ. Καὶ πάλιν· Ἐπὶ τούτοις οὖν καὶ Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας τελευτᾷ, καὶ θάπτεται πρὸς τῶν αὐτόθι πιστῶν. Ὁμοίως δὲ καὶ Φίλιππος ὁ ἐκ τῶν ἑπτὰ διακόνων ἐν Ἱεραπόλει τελειοῦται, καὶ θάπτεται μετὰ τῶν θυγατέρων αὐτοῦ. Περὶ ὧν καὶ Πολυκράτης ὁ τῆς ἐν Ἐφέσῳ παροικίας ἐπίσκοπος, Οὐίκτορι τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης γράφων, οὕτως φησί· Καὶ γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγάλα στοιχεῖα κεκοίμηνται, ἅτινα καὶ ἀναστήσονται τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου Ἰωάννης ὁ ἐπιστήθιος Χριστοῦ, ὃς καὶ τὸ πέταλον πεφορηκὼς (53 54) καὶ διδάσκαλος ἐν Ἐφέσῳ γενόμενος κεκοίμηται, καὶ Φίλιππος ὁ ἐκ τῶν ἑπτὰ διακόνων ἐν Ἱεραπόλει τελευτᾷ. Οὗτός ἐστιν ὁ καὶ τὸν εὐνοῦχον βαπτίσας καὶ τὸν Σίμωνα κατηχήσας. Οὗ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ὁ θεῖος B Ἱππόλυτος Ῥώμης περὶ τοῦ σεμνοῦ κηρύγματος καὶ τῆς τελειότητος τῶν ἀποστόλων διεξιὼν ἔφη· Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς Ἰακώβου κηρύσσων ἐν τῇ Ἀσίᾳ τὸν λόγον ἐξωρίσθη ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ ἐπὶ Δομετιανοῦ τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων, κἀκεῖθεν πάλιν εἰς Ἔφεσον ἐκ τῆς ἐξορίας ἀνακληθεὶς ὑπὸ Νέρουα, καὶ τὸ κατ' αὐτὸν Εὐαγγέλιον συγγραφόμενος, ἔνθα καὶ τὴν ἀποκάλυψιν θεασάμενος, ἐτελεύτησεν ἐτῶν ἑκατὸν ἐξ' οὗ τὸ λείψανον [P. 248] ζητηθὲν οὐχ εὑρέθη. Ὁ δὲ τοῦ μεγάλου Γρηγορίου ἀδελφὸς Καισάριος (55) C

Nerva imperavit annum unum, menses, 4, dies 9, homo temperans et æquus. Hic, cum ei ex Pannonia nuntius de victoria Trajani esset allatus, in Capitolium progressus, thure incenso, inde conscenso suggesto, præsente S. P. Q. R. alta voce: Quod felix, inquit, faustumque sit, ego Nerva Trajanum mihi filium adopto. Voluit Nerva ne quis Romæ castraretur. Morbo periit. Idem Joannem Theologum ab exsilio revocavit, permisitque ut Ephesi habitaret, cum is tum solus de 12 discipulis in vivis superesset. Is Joannes Evangelio suo conscripto pacate decessit. De eo narrat Eusebius in Historia ecclesiastica: Thomas autem Parthiam sortitus est, Joannes Asiam, in qua etiam Ephesi vitam finiit. Et rursus: Eo tempore etiam Joannes evangelista Ephesi Asiæ urbe moritur et a Christianis ejus loci sepelitur. Similiter et Philippus, unus de septem diaconis, Hierapoli defunctus cum filiabus sepelitur. De his Polycrates, Ephesinæ paroeiæ episcopus, ita scribit ad Victorem episcopum Romanum: Nam et in Asia sepulta sunt magna elementa, quæ ultimo adventus Domini die resurgent: Joannes, qui in pectore Christi accubuerat, qui et pileum gessit et Ephesi docuit, ibi est humatus; et Philippus, septem diaconorum unus, Hierapoli vita functus est. Is est qui eunuchum baptizavit, et Simoni principia religionis tradidit. Sed et divus Hippolytus Romæ episcopus præconium divini verbi et apostolorum obitus enarrans ita ait: Joannes Jacobi frater, cum in Asia verbum Dei propagaret, imperante Romæ Domitione in Patmum insulam est deportatus. Inde a Nerva revocatus Ephesum, conscripto Evangelio et palefactione quam conspexerat, vita excessit, annos natus centum et sex. Reliquiæ ejus requisitæ, inventæ non sunt. At magni Gregorii frater Cæsarius Cpoli de iis interrogatus ita respondit: Ipse Joannes sub finem Evangelii eam rem explivavit his verbis: Ita latus Jesus Petro ait, Sequere me. Petrus autem conversus cernit discipulum, qui a Christo diligebatur, sequentem, et inquit: Domine,

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(53-54) Atque sic etiam legitur apud Eusebium, unde hæc Cedrenum descripsisse apparet. Quid autem sit πέταλον φέρειν, nondum satis scio, nisi quod laneum pileum insigne doctoris fuisse ex Suidæ collectaneis utcunque suspicor, qui honoris et auctoritatis causa a primario Ecclesiæ doctore gestaretur quales olim flaminum apices. XYL. - Ut doctorem, doctoris quoque ornatum insignibus, ac πέταλον *laneum pileum flaminum* more gestasse, censuit Xylander. Sic *aurum luna* compensat, et sancto Spiritu afflatum apostolum et præcipuum Ecclesiæ doctorem *flaminum* honore donat. At non potius antiqui sacerdoti dignitatem aliquo titulo exæquatam noviique majestatem assumpto quodam ejus insigni manifestatam voluit Apostolus, cum πέταλον *bracteam laminamve auream* fronti prætulit appensam? Hieronymus de *Eccles. Script.* in Polycrate: Ἰωάννης, ὃς ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Κυρίου ἀνεκλίθη καὶ ἱερεὺς αὐτοῦ γέγονε, χρυσοῦν πέταλον ἐν τῷ μετώπῳ βαστάζον μάρτυς καὶ διδάσκαλος ἐν Ἐφέσῳ ἐκοιμήθη. De Jacobo Domini fratre narrat simile Epiphanius *Hæres.* LXXVIII: Οὗτος ὁ Ἰάκωβος καὶ πέταλον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔφορεσε. Ejus interpres: *Jacobus iste bracteam in capite gessit.* GOAR. D

(55) Idem Suidas et alii. Quod in Græco sequitur, επισε. . . . , nescio legere: fortassis est ἐπὶ σενάτου, in senatu. Fuisse hunc Cæsarium magistrum aulæ Theodosii primi, est apud Nicephorum XII, 44. Id valde dissentit ab eo quod Gregorius Nyssenus in Vita Nazianzeni habet, Cæsarium Constantio imperante e vivis excessisse. XYL. - Exstantem in vetustis editis Cedreni exemplaribus notam, duabus litteris σε' conjunctam, conjicio indicare σεκρέτου, vel, ut Xylander opinatur, σενάτου, vel denique, ni ε obsisteret, συνόδου. Eligat sibi placitam, vel certiorem proferat alius conjecturam. GOAR.

quid iste? respondit Jesus: Si velim hunc manere usque ad adventum meum, quid hoc ad te? Quoniam ergo piscantes eos offendens Petro soli jussit sequi, isque Joannem volens comitem habere, quaesivit ex Domino quid iste esset acturus, Dominus respondens Joannem piscationi immoraturum dixit: si eum volo manere hic et piscari, dum huc revertar, quid tua refert? et ipse Joannes falsam eorum suspicionem optime corrigit his verbis: Non dixerat Dominus hunc non esse moriturum. Etenim apostoli saepenumero interrogationes et responsiones Christi non assecuti sunt, ideoque ignoratio eis est a Magistro et stupiditas objecta donec Spiritus sanctus venit eosque omni veritate instituit, sicuti Dominus promiserat. Quodsi quis contentiose et temere sacras illas voces arripiens intempestive ex **426** iis colligere velit Joannem in hac vita ad posteriorem Christi adventum annuntiandum Enochi et Eliae exemplo permansisse, is sciat Joannem in patefactione solos istos duos sub persona Christi dicere testes sibi futuros. Producam inquit, duos meos testes Enochum et Eliam, iique sacco amicti vaticinabuntur dies 1260 [59]. Hi sunt duae olivae et duae lucernae. Ignis ex eorum ore egredietur et hostes eorum devorabit. Cumque testimonium suum totum dixerint, bestia quae ex abysso ascendit bellum eis faciet, vincetque eos et interficiet, et cadavera eorum in platea urbis jacebunt dies 3 s. insepulta, ubi et Dominus eorum crucifixus est. Frustra igitur nugantur quidam Joannem adhuc in corpore vivere, revera ignorantes quid dicant et qua de re contendant, de suo illud commentum audacter profecto et confidenter proferentes, non ex sacris habentes interpretibus.

ἔπιστε .. ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐρωτηθεὶς περὶ τούτου οὕτως ἀπεκρίνατο λέγων· Αὐτὸς Ἰωάννης ἐν τῷ κατ' αὐτὸν Εὐαγγελίῳ πρὸς τῷ τέλει διεσάφησε τοῦτο φάσκων Καὶ τοῦτο εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς λέγει αὐτῷ (τουτέστι τῷ Πέτρῳ)· Ἀκολούθει μοι. Ἐπιστραφεὶς δὲ ὁ Πέτρος βλέπει τὸν μαθητὴν ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς ἀκολουθοῦντα, καὶ φησί· Κύριε, οὗτος δὲ τί; Καὶ λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχωμαι, τί πρὸς σέ; Ἐπεὶ οὖν ἁλιεύοντας αὐτοὺς κατείληφε, τῷ Πέτρῳ μόνῳ προτέταξεν ἕπεσθαι αὐτῷ. Ὁ δὲ καὶ τὸν Ἰωάννην συμπορεύεσθαι βουλόμενος ἔφη· Κύριε, οὗτος δὲ τί; Ὃν θεσπίσας ὁ Ἰησοῦς προσμένειν ἐπὶ τῆς ἁλιείας φησίν· Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἐνταῦθα καὶ ἁλιεύειν ἕως ἂν ὑποστρέψας ἔρχωμαι πάλιν ὧδε, τί πρὸς σέ; ὥστε οὐν ἄριστα διορθούμενος τὴν ἐσφαλμένην αὐτῶν ὑπόνοιαν, εἰκότως ἔφη, καὶ οὐκ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει. Καὶ γὰρ ἐν πολλοῖς πολλάκις ἐσφάλλοντο πρὸς τὰς πεύσεις Χριστοῦ καὶ τὰς ἀποκρίσεις, καὶ ἦκουον, Ἀσύνετοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ ἕως ἐλθὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὡδήγησεν αὐτοὺς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν κατὰ τὸν τοῦ Κυρίου λόγον. Εἰ δέ τις ἐριστικῶς καὶ προπετῶς ἀποκρινόμενος τὰς ἱερὰς ταύτας φωνὰς καὶ μαρτυρίας ἀκαίρως δῄθεν συλλογιζόμενος εἴπῃ· Πρὸς τὸ καταγγεῖλαι τὴν δευτέραν Χριστοῦ παρουσίαν κατελείφθη ζῶν ἐν σαρκὶ μετὰ Ἐνὼχ καὶ Ἠλίας, ἀκουέτω ὅτι περ μόνους διὰ τῆς ἀποκαλύψεως αὐτὸς οὗτος ἐκείνους ἐκ προσώπου λέγει Κυρίου τοὺς δύο μάρτυρας γενήσεσθαι, Ἐνὼχ καὶ Ἠλίαν, τοιάδε φάσκων· Καὶ δώσω τοῖς δυσὶ μάρτυσί μου, καὶ προφητεύσουσιν ἡμέρας ἑξ, περιβεβλημένοι σάκκους. Οὗτοι εἰσιν αἱ δύο ἐλαῖαι καὶ αἱ δύο λυχνίαι. Πῦρ ἐκπορεύεται τοῦ στόματος αὐτῶν καὶ κατεσθίει τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν. Καὶ ὅταν τελέσωσι τὴν μαρτυρίαν αὐτῶν, ποιήσει τὸ ἀναβαῖνον θηρίον ἐκ τῆς ἀβύσσου πόλεμον μετ' αὐτῶν, καὶ νικήσει καὶ νικήσει καὶ ἀποκτενεῖ αὐτοὺς καὶ τὰ πτώματα αὐτῶν ἐπὶ τῆς πλατείας τῆς μεγάλης πόλεως ἔσονται ἡμέρας τρεῖς ἥμισυ ἄταφα, ὅπου καὶ ὁ Κύριος αὐτῶν ἐσταυρώθη. Μάτην οὖν παραληροῦσί τινες, φάσκοντες αὐτὸν ζῆν ἔτι ἐν σαρκί, καὶ μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι τῷ ὄντι μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται, ὅθεν τοῦτο καὶ οὐκ ἔκτινων ἱερῶν ἐξηγητῶν ῥιψοκινδύνως τε καὶ τολμηρῶς ὄντως τερατευόμενοι.

Post Nervam Trajanus imperavit annos 19, menses 6, dies 15. Fuit iste malis infestus et justitiae amans. Aliquando strictum ensem in omnium procerum conspectu praefecto tradidit, ita inquiens: Accipe hunc gladium, eoque, si recte impero, pro me, si male, contra me utitor. A Nerva ob virtutem est ad imperium evectus, quod vir bellicosissimus Romae et ubique terrarum rem saepius praeclare gessisset. Cum quidam amicorum esset apud eum delatus, quod ipsi insidias fecisset, isque suis **427** manibus sibi oculos eruisset mentumque rasisset, itaque excaecatus esset ad eum adductus, Trajanus magno amici casu dolore percepto urbi a se conditae Trajanopoli eum praefecit, eoque ablegatum ad mortem usque omni cultu fovit. Idem edixit ne Christiani conquirerentur, oblati autem punirentur. Sub eo Simoni Magno Menander Sama-

Μετὰ δὲ Νέρουαν ἐβασίλευσε Τραϊανὸς ἔτη ιθ', μῆνας ς', ἡμέρας ιε'. Οὗτος ἦν μισοπόνηρος καὶ φιλοδίκαιος. Γυμνώσας γάρ ποτε ξίφος ἐνώπιον τῶν ἐν τέλει πάντων ἔδωκε τῷ ὑπάρχῳ, εἰπών· Δέξαι τοῦτο· καὶ εἰ μὲν καλῶς ἄρχω, ὑπὲρ ἐμοῦ, εἰ δὲ μή, κατ' ἐμοῦ αὐτῷ χρῆσαι. Προεχειρίσθη δὲ ὑπὸ Νέρουα διὰ τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ ὡς πολεμικώτατος καὶ πολλὰ κατορθώματα ἐν Ῥώμῃ [P. 249] καὶ πανταχοῦ γῆς πεποιηκώς. Φίλου δέ τινος αὐτοῦ ποτε διαβληθέντος ὡς ἐπιβουλεύσαντος, καὶ τοὺς τε ὀφθαλμοὺς ἐκκεντηθέντος ὑπὸ τῶν ἰδίων χειρῶν καὶ τὸ γένειον ἀποκειραμένου, ἐπεὶ τυφλὸς πρὸς Τραϊανὸν εἰσήχθη, πολλὰ λοιδορηθεὶς ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ φίλου, πόλιν ἣν ἔκτισεν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ τὴν νῦν Τραϊανούπολιν, τοῦτον κατοικτείρας ὡς δεσπότην τῆς πόλεως ἐκεῖσε ἀπέστειλεν εἶναι, ἕως τῆς αὐτοῦ τελευτῆς θεραπείαν αὐτοῦ πᾶσαν ποιησάμενος. Οὗτος προσέταξε τὸ Χριστιανὸν φῦλον

[59] Apoc. xi, 3.

μὴ ἐκζητεῖσθαι, ἐμπεσὼν δὲ κολάζεσθαι. Ἐπὶ αὐτοῦ Σίμωνα τὸν μάγον Μένανδρος διεδέξατο, γόης καὶ ἀπατεών, Σαμαρεὺς τὸ γένος, ἑαυτὸν Χριστὸν ὀνομάζων. Ἦν δὲ καὶ Κήρινθος αἱρεσιάρχης τότε καὶ Νικόλαος, εἷς τῶν ἑπτὰ διακόνων, οἱ αἱρεσιάρχαι καὶ ἐχθροὶ τῆς ἀληθείας. Ἐπὶ τούτου ἐμαρτύρησεν ὁ ἅγιος Ἰγνάτιος ὁ θεοφόρος καὶ Συμεὼν ὁ τοῦ Κλεόπα, θνήσκει δὲ Τραϊανὸς Ἀδριανὸν τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ προχειρισάμενος βασιλέα.

Ἀδριανὸς Αἴλιος ἐβασίλευσεν ἔτη κδ'. Ἦν δὲ Ἄφρος τὸ γένος, φιλολόγος, ἐπιτήδειος ἔν τε τῷ πιζῖρ λόγῳ καὶ τῷ ἐμμέτρῳ, συγγενὴς καὶ υἱοποιηθεὶς τῷ Τραϊανῷ. Οὗτος ἐν Μυσίᾳ θηράσας ᾠκοδόμησε πόλιν, καὶ μετωνόμασεν αὐτὴν Ἀδριανοῦ Θήρας (56) ἐν τοῖς μιτάτοις (57). Ὡσαύτως καὶ ἑτέραν πόλιν ἐν Θράκῃ, προσαγορεύσας αὐτὴν Ἀδριανούπολιν, καὶ ναὸν ἐν Κυζίκῳ. Ἐφ' οὗ στασιασάντων τῶν Ἰουδαίων καὶ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ναὸν οἰκοδομῆσαι βουληθέντων, ὀργίζεται κατ' αὐτῶν σφόδρα, καὶ πολέμου γενομένου μεταξὺ ἀνεῖλεν ἐξ αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ μυριάδας νη'. Καὶ τὰ μὲν παλαιὰ λείψανα τῆς πόλεως καὶ τοῦ ναοῦ κατορειπώσας κτίζει νέαν Ἱερουσαλήμ, ἣν δὴ καὶ Αἰλίαν προσηγόρευσε. Καὶ στήσας τὸ ἑαυτοῦ εἴδωλον ἐν τῷ ναῷ, οἰκεῖν Ἕλληνας ἐν τῇ πόλει προσέταξε. Σημεῖον δὲ γέγονε τῆς ἀλώσεως αὐτοῦ ὡς τὸ τοῦ Σολομῶντος σημεῖον αὐτόματον διαλυθῆναι. Σίμηλον δέ τινα ἔν τε φρονήσει καὶ ἐπιεικείᾳ καὶ ἀρεταῖς πολλαῖς κεκοσμημένον πάνυ ἐτίμα, καὶ ἐν μεγάλῃ ἀρχῇ κατέστησεν αὐτόν· ἀλλ' ἐπ' ὀλίγον τῆς ἀρχῆς κρατήσας ἀπίστει αὐτῆς, καὶ ἐν ἀγρῷ ἑπτὰ ἔτη διατρίψας ἐτελεύτησεν, ἐπιγραφῆναι προστάξας ἐν τῷ μνημείῳ αὐτοῦ. Κίμηλος ἐνταῦθα κατάκειται βιώσας μὲν ἔτη.., ζήσας δὲ ἑπτά (58). Οὗτος Ἀδριανὸς χρέων ὀφειλὰς τῶν ὑπ' αὐτὸν πόλεων καὶ πολιτῶν τῷ δημοσίῳ λόγῳ ἀνηκούσας ἀπέκοψε (59), καύσας τοὺς χάρτας. Νίκαιάν τε καὶ Νικομήδειαν σεισμῷ πτωθείσας ἀνεκτήσατο. Ἐπὶ τούτου Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος κατὰ πασῶν αἱρέσεων ἠνδρίζετο· ὡς γάρ φησι Κλήμης ὁ Στρωματεύς, ἐπὶ Ἀδριανοῦ ὑπῆρχον αἱρεσιῶται, ἐχθροὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως, [P. 250] Σατορνῖνος, Βασιλείδης καὶ Καρποκράτης. Θνήσκει δὲ Ἀδριανὸς βίᾳ τῆς νόσου, κράζω· Ὦ Ζεῦ, πόσον κακόν ἐστιν ἐπιθυμοῦντά τινα ἀποθανεῖν καὶ μὴ τυγχάνειν· Τελευτῶν δὲ προχειρίζεται Ἀντω-

A riensis magnus atque præstigiator successit, qui seipsum Christum nominavit. Fuit et Cerinthus eo tempore et Nicolaus, unus ex septem diaconis, principes sectarum et hostes veritatis. Sub eodem Ignatius, divino instinctu præditus vir, supplicio affectus est, et Symeon Cleopæ filius. Trajanus moriens Adriano genero sub imperium reliquit.

Ælius Adrianus imperavit annos viginti quatuor, genere Afer, homo eruditus, qui et prosa oratione et carmine scribendo valeret. Fuit Trajano affinis, ab eoque est adoptatus. Cum in Mysia venaretur, urbem condidit, eamque Adriani Theras, id est venationem in mitatis appellavit; aliam quoque in Thracia nomine Adrianopolim, et fanum Cyzici. Sub eo rebellantes Judæi Hierosolymæ templum reliçere aggressi sunt. Quare vehementi ira correptus Adrianus eis bellum intulit, unaque die 580 millia interfecit. Urbis quoque et templi reliquias omnes complanavit, et novam condidit urbem ibi, cui Ælia nomen indidit; inque 438 templo sua statua posita, urbem Græcos habitare jussit. Excidium hoc urbis portendit sponte sua dejectum Salomonis monimentum. Plurimo honore affecit Adrianus Simelum quemdam prudentia, æquitate multisque virtutibus ornatum virum, eumque ad magnam evexit potentiam. Sed Simelus non diu gesto imperio rus se contulit, ibique septennium privatus cum vixisset, mortuus est, cum quidem jussisset suo sepulcro hæc inscribi: Simelus hic est situs, qui annos ætatis adeptus multos nonnisi septem annos vixit. Idem Adrianus cum audivisset rationes, quantum et urbes et cives ærario deberent, omnia ista debita, jussis cremari chartis, condonavit. Niceam et Nicomediam terræ motu dejectas refecit. Eo imperante Justinus philosophus fortiter omnibus se hæresibus opposuit. Nam ut Clemens tradit, qui a scriptorum suorum materiæ varietate Stromateus usurpatur, hæretici eo tempore fidei Christianæ infensi erant, Saturninus, Basilides et Carpocrates. Morbus Adrianum necavit, cum præ vi ejus exclamasset: O Jupiter, quam miserum est expetere mortem neque voti fieri compotem! Moriens Antoninum sibi suffecit. Trajano

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(56) Confundit hanc auctor non ignotus cum Thracia Adrianapoli. At Mysiæ, non Thraciæ urbs est, et a Cuspiniano ex Dione et Suetonio *Adriani Venatica septa* nuncupatur. Goar.

(57) Hoc quid sit, non facile dixerim. Apud Xiphilinum ex Dione urbs simpliciter Ἀδριανοῦ θῆραι dicitur, quod *Venatica Adriani septa* convertit Merula. Eodem modo Zonaras habet. Spartianus: Oppidum Adrianotheras in quodam loco, quod illic et feliciter esset venatus et ursam occidisset, aliquando constituit. Quid si μιτάτοις *metatis* significare debuit, ut Adriani venationem certis metis ac finibus urbis inclusam designet? Xyl. — *Mitata*, seu Latinius mavis, *metata*, castrorum loca interpretor, in quibus staret vel longiore profectione suscepta paululum quiesceret exercitus. Hinc *metatores*, de quibus Vegetius II, 7. Goar.

(58) Xiphilinum, et vero id quod perspicue verum erat, secutus hic sum. Nam illud βιώσας μὲν ἔτη ζ' est ab aliquo positum qui elegantiam inscriptionis non intellexit. Fuit scribendum βιώσας μὲν ἔτη πολλὰ, vel, ut habet Xiphilinus, τόσα. Nam vitam otio et tranquillitate carentem, cum injucunda fuisset, vitæ nomine non dignabatur; ac ζῆν, vivere, pro suaviter et jucunde vivere demum poni satis notum est vel ex epigrammate de horis diurnis, in quo est *vivere post illas littera Zeta jubet*. Xyl.

(59) Ubi Cedrenus refert Adrianum urbibus atque civibus debita dimisisse, in margine assignatum est: Τοῦτο καὶ ὁ ἐμὸς βασιλεὺς Ἰσάκιος ἅμα τῇ ἀναῤῥήσει ἐποίησεν. Xyl.

enim mortuo, epistolam finxerat tanquam in ipso scriptam ad senatum, qua cum filium et successorem declararet.

Antoninus imperavit annos 24, adoptatus ab Adriano. Hic primus imperatorum Pius est cognominatus ob omnis generis virtutes, quibus **439** erat præditus. Scribit Clemens ejus tempore Romæ nobiles fuisse sectarum principes Valentinum, Cerdonem et Marcionem, et apud Phryges Tatianum et Bardesanem, ac Priscillam et Maximillam falsas vates. Fuit tunc in admiratione etiam Galenus medicus. Et erat quidam Bardesanes, natione Syrus, disputator subtilissimus ac doctus homo, cujus de fato orationem Antoninus miratus est. Marcio Polycarpum Smyrnæ episcopum obviam sibi factum interrogavit: Agnoscisne nos, egregie Polycarpe? Respondit Polycarpus: Agnosco te, Satanæ primogenitum. Morieus Antoninus imperium genero suo M. Antonino mandavit. Sub eo Polycarpus, Joannis evangelistæ discipulus, et Justinus philosophus, ac Dionysius Corinthi episcopus, ob divinæ veritatis professionem supplicio sunt affecti.

M. Antoninus imperavit annos 19 : de his cum Vero genero suo annos 10, menses 9. Is cum adversus Germanos ac Sarmatas bellum gereret, exercitusque siti pressus periclitaretur, Melitenæ legionis milites, qui Christiani erant, a Deo contentis precibus impetraverunt ut fulmine hostium exercitus feriretur imberque Romanas copias recrearet. Quam rem imperator valde admiratus, edicto Christianis honores detulit, legionique Fulminatricis cognomentum indidit. Ejus imperio quidam Hebræus per solitudinem iter cum Christianis faciens, cum in gravem **440** morbum delapso jam vitæ discrimen impenderet, Christianos per Dei nomen obtestatus est uti se baptizarent. Cum vero neque aqua ad manum esset neque sacerdos Christianus, vestibus hominem nudarunt, et ipsorum quidam manibus arenam haustam tertium ejus capiti infudit, tertium dicens: Baptizatur Theodorus in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Atque ille Hebræus simul atque ita baptizatus est, confestim morbo suo prorsus est liberatus. Postquam Alexandream pervenerunt, res ea Dionysio papæ ad dijudicandum exposita est. Is hominem demuo

A νῦν (60)· τελευτήσαντος γὰρ Τραϊανοῦ, ἐπλάσατο ἐπιστολὴν ὡς δῆθεν παρ' αὐτοῦ γραφεῖσαν πρὸς τὴν βουλήν, ἔνθα υἱὸν καὶ διάδοχον τῆς βασιλείας ὠνόμασεν.

Ἀντωνῖνος ὁ Εὐσεβὴς ἐβασίλευσεν ἔτη κδ', υἱοποιηθεὶς τῷ Ἀδριανῷ, καὶ πρῶτος αὐτοκράτωρ Εὐσεβὴς ἐπεκλήθη· πᾶσαν γὰρ ἀρετὴν ἐπεκτήσατο. Ὡς φησι δὲ Κλήμης, ὅτι ἐπὶ αὐτοῦ Οὐαλεντῖνος, καὶ Κέρδων, καὶ Μαρκίων ἐν Ῥώμῃ αἱρεσιάρχαι ἐγνωρίζοντο, καὶ Τατιανὸς, καὶ Βαρδισάνης (61), καὶ Πρισκίλλα καὶ Μαξιμίλλα αἱ ψευδοπροφῆτιδες, τῶν κατὰ Φρύγας ἐγνωρίζοντο. Καὶ Γαληνὸς ὁ ἰατρὸς τότε ἐθαυμάζετο. Καὶ Βαρδισάνης δέ τις Σύρος διαλεκτικώτατος καὶ σοφὸς ἦν, ὥστι θαυμάζεσθαι αὐτοῦ

B πρὸς τοῦ Ἀντωνίνου τὸν κατὰ εἱμαρμένης λόγον. Πολύκαρπος δὲ ἐπίσκοπος Σμύρνης εἰς ὄψιν ἐλθὼν Μαρκίωνι ἤκουσεν· Ἐπιγινώσκεις ἡμᾶς, ὦ καλὲ Πολύκαρπε; Ὁ δέ· Ἐπιγινώσκω σε, ἔφη, τὸν πρωτότοκον τοῦ Σατανᾶ. Θνήσκει δὲ Ἀντωνῖνος προσυλλύμενος εἰς βασιλέα Μάρκον Ἀντωνῖνον τὸν ἴδιον γαμβρόν. Ἐπὶ τούτου Πολύκαρπος ὁ μαθητὴς Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ καὶ Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος καὶ Διονύσιος ὁ ἐπίσκοπος Κορίνθου ἐμαρτύρησαν.

Μάρκος Ἀντωνῖνος ἐβασίλευσεν ἔτη ιθ', μετὰ μὲν Σεβήρου τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ ἔτη ι' καὶ μῆνας θ' (62). Πολεμοῦντος δὲ Γερμανοὺς καὶ Σαρμάτας, διὰ τὸ τῆς στρατιᾶς πιεζομένης καὶ διὰ τοῦτο κινδυνευούσης, τοὺς ἐπὶ τῆς Μελιτηνῆς οὕτω καλουμένης λεγεῶνος, Χριστιανοὺς ὄντας, ὅτι εὐχῆς ἐκτενοῦς πρὸς τὸν

C Θεὸν γενομένης τοὺς μὲν πολεμίους κεραυνῷ βληθῆναι, ὄμβρῳ δὲ τοὺς Ῥωμαίους παραμυθήσασθαι. Ὅπερ σφοδρῶς καταπλήξαν τὸν βασιλέα, γράφει τιμᾶν Χριστιανοὺς, τὴν δὲ λεγεῶνα Κεραυνοβόλον προσαγορεῦσαι. Ἐπὶ τούτου Ἑβραῖός τις συνοδοιπορῶν Χριστιανοῖς κατὰ τὴν ἔρημον καὶ ἀρρωστίᾳ συσχεθεὶς βαρυτάτῃ, κινδυνεύειν ἤδη μέλλων, παρεκάλει τοὺς Χριστιανοὺς ἐνορκῶν εἰς τὸ τοῦ Θεοῦ ὄνομα βαπτίσαι αὐτόν. Ὕδατος δὲ μὴ ὄντος μήτε ἱερέως τῶν Χριστιανῶν ἀποδυσάντων αὐτόν, εἷς ἐξ αὐτῶν πλήσας τὰς χεῖρας ψάμμου ἐκ τρίτου ἐπέχεεν ἐπὶ τὴν κεφαλήν, τρίτον λέγων· « Βαπτίζεται Θεόδωρος εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Καὶ παραχρῆμα ἀνερρώσθη ὁ ἄνθρωπος, τελείαν ἀπαλλαγὴν τῆς νόσου εὑράμενος. Ἐλθόντων δὲ αὐτῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ συ-

D ζητήσεως παρὰ τοῦ πάπα Διονυσίου [P. 251] γενο-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(60) Hæc neque de Antonino accipi possunt neque omnino huc pertinent, sed ad Adrianum, qui fictis a Platina Augusta litteris Trajano adoptatus fuit. Constat hoc ex Xiphilino, Spartiano, Zonara atque aliis. Xyl.

(61) Perspicue falso hic Bardesanis nomen inculcatur, hominis, ut aliud nihil dicam, Syri. Legendum *apud Phryges Priscillam*, etc. De Bardesane vide Euseb. fine libri quarti *Histor. Eccles.* de Cataphrygon hæresi, Montani et falsarum vatum Priscillæ ac Maximillæ, idem v, 16 et alias. Xyl.

(62) In margine hæc stabant: Ἐπὶ τοῦ πρὸ αὐτοῦ Ἀντωνίνου τοῦτο γενέσθαι ὁ σοφώτατος γράφει Θεμίστιος, ἄλλως δὲ καὶ οὐχ οὕτως. Apologiæ Justini martyris secundæ subjuncta est ea de re ipsius Antonini epistola : sed utrius ea sit, Pii ne an Philosophi, ambigi potest. Ex Orosio VII, 15, satis patet sub Philosopho eam rem gestam, itemque ex Eusebii narrationum ordine, et quod fratrem alterius Antonini (nimirum Veri) Marcum ait bellum Germanicum gessisse et Christianis precantibus aqua politum (v, 5). Sed et Melito apud eumdem paulo ante Adriani nepotem appellat, IV, 26. Xiphilinus quoque et Zonaras ex Dione Philosophi imperio rem narrant. Julius item Capitolinus et Germanicum Marcomannicumque bella ab hoc gesta diserte indicat, et eum fulmen contra hostium machinamentum aquamque suis siti laborantibus elicuisse precibus memorat. Xyl.

μένης περὶ τούτου, πάλιν ἐβαπτίσθη δι' ὕδατος· τὸν δὲ προβαπτίσαντα αὐτὸν διὰ τὴς ψάμμου, ἄξιον ὑπάρχοντα, διάκονον ἐχειροτονήσατο. Καὶ εἰκότως· ὁ γὰρ μέγας Γρηγόριος ἀπαριθμησιν ποιησάμενος τῶν βαπτισμῶν οὕτως φησίν· Ἐβάπτισε Μωϋσῆς ἐν ὕδατι, καὶ πρὸ τούτου ἐν νεφέλῃ καὶ θαλάσσῃ· ἐβάπτισε καὶ Ἰωάννης, οὐκέτι μὲν Ἰουδαϊκῶς· οὐ γὰρ ἐν ὕδατι μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς μετάνοιαν (63). Βαπτίζει καὶ Ἰησοῦς, ἀλλ' ἐν πνεύματι· τοῦτο ἡ τελειότης· οἶδα καὶ τέταρτον βάπτισμα, τὸ διὰ μαρτυρίου καὶ αἵματος. Οἶδα καὶ πέμπτον, τὸ τῶν δακρύων. Οὐκοῦν διὰ τὸ μηδέτερον τούτων εἶναι δικαίως οὐ παρεδέχθη (64). Ἐπὶ τούτου καὶ Ὀππιανὸς τὴν Ἁλιευτικὴν συνεγράψατο. Οὗτος ὁ Μάρκος πάντορος ἦν καὶ ἐνάρετος, καὶ τὴν Ῥώμην ἐκ πολέμων διασωσάμενος ἠγαπήθη σφόδρα ὑπὸ τῶν πολιτῶν. Ἀπέθανε δὲ φαρμακευθεὶς ὑπὸ Κομόδου τοῦ ἰδίου υἱοῦ. Τὴν δὲ μνήμην τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ ἡ βουλὴ ἔχουσα μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν χρυσῷ ἀνδριάντι αὐτὸν ἐτίμησε.

Κόμοδος υἱὸς Μάρκου ἐβασίλευσε ἔτη ιβ', μῆνας θ'. Οὗτος εἶχε τρίχας ξανθὰς, εἰκασμένας χρυσῷ. Ἦν δὲ φιλοκύνηγος καὶ μαχιμώτατος πάνυ, ὃν καί φασιν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ δώδεκα λέοντας φονεῦσαι. Γέγονε δὲ καὶ ποδάλγος καὶ κατωβαρής. Συνέβη δὲ πολλὰ κακὰ παθεῖν τὴν Ῥώμην ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ· λιμοῦ γὰρ γενομένου δισχίλιοι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐτελεύτησαν. Ἀφρικανὸς δέ φησιν ὁ χρονογράφος ὅτι ἐπὶ τούτου Κλήμης ὁ Στρωματεὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐγνωρίζετο· Κλήμεντος δὲ φοιτητὴς Ὠριγένης ἐγένετο. Ἀλλὰ καὶ Μοντανὸς αἱρεσιάρχης τότε ἦν, ὃς ἑαυτὸν Παράκλητον ἔλεγεν εἶναι. Οὗτος ὁ Κόμοδος τοῦ ἐν Ῥόδῳ κολοσσοῦ τὴν κεφαλὴν ἀφελὼν τῇ ἑαυτοῦ στήλῃ προσέπηξε. Τοῦτον Νάρκισσός τις τῶν οἰκείων αὐτοῦ ἐν λουτρῷ ἀπέπνιξε.

Περτίναξ ἐβασίλευσεν ἡμέρας πζ', μητε τὴν γυναῖκα μητε τὰ τέκνα εἰς τὸ παλάτιον εἰσαγαγών, ἀλλ' ἐασας παρὰ τῷ πάππῳ διαιτᾶσθαι. Ἐπὶ τούτου, ὥς φησιν Εὐσέβιος, ἦν ὁ Σύμμαχος, εἷς τῶν ἑρμηνευτῶν τῆς τῶν Ἑβραίων Γραφῆς, Ἐβιωναῖος τὴν αἵρεσιν. Ἀλλὰ καὶ Πορφύριος ὁ φιλόσοφος ὁ κατὰ Χριστιανῶν γράψας, καὶ Ἀφρικανὸς ὁ χρονογράφος. Ἐπὶ τουτου Λεωνίδης ὁ τοῦ κακόφρονος Ὠριγένους πατὴρ ἐμαρτύρησεν. Οὗτος Περτίναξ ἐσφάγη ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν.

Ἰουλιανὸς Δίδιος ἐβασίλευσεν ἡμέρας ξς'. Δίδιος δὲ ἐπεκλήθη διὰ τὸ ὑπὸ δώρων λαβεῖν τὴν βασιλείαν. Φαυλότατος δὲ ἦν τοῖς τρόποις, καὶ τοῖς ἔργοις ἀνοσιουργὸς καὶ χρημάτων ἐραστής· ὃς διὰ τὸ αἰσχρῶς βιοῦν καὶ ἀπανθρώπως ὑπὸ τῆς βουλῆς θανάτῳ καταψηφισθεὶς ἐσφάγη.

Σεβῆρος [P. 252] ἐβασίλευσεν ἔτη ιζ', μῆνας η'.

A aqua baptizari jussit; atque eum qui arena illum baptizaverat, diaconum ut eo munere dignum delegit. Neque hoc injuria. Magnus enim Gregorius baptismorum genera sic enumerat. Baptizavit Moses aqua, atque ante in nube et mari; baptizavit et Joannes, non jam Judaico more neque sola aqua, verum ad resipiscentiam. Baptizat et Jesus, sed spiritu: ea est perfectio. Novi et quartum baptismum, qui fit cum ob veritatis confessionem sanguis funditur. Novi et quintum per lacrymas. Ergo quia nihil horum fuit, juste non est receptus. M. Antonino imperante Oppianus opus suum de Piscibus composuit. Marcus iste admodum fuit sapiens ac virtutibus ornatus, reque Romana multis bellis conservata charissimus civibus fuit. Veneno est necatus a filio suo Commodo. **441** Senatus memoria virtutis ejus mortuo statuam auream honoris causa posuit.

Commodus Marci filius annos imperavit 12, menses 9. Fulvos is crines habuit, auro similes. Erat studiosus venationis et in feris oppugnandis admodum strenuus: ferunt eum una die duodecim leones necasse. Laborabat autem ex pedidus, et inferiores partes habebat graves. Multa eo imperante adversa Romæ evenerunt. Et inter alia tanta fuit pestis ut una die duo millia hominum perierint. Africanus in Annalibus auctor est sub hoc Clementem Stromateum Alexandriæ floruisse, quem audivit Origenes. Fuit tunc etiam Montanus hæreticus primarius, qui se Paracletum esse jactabat. Commodus caput colossi Rhodii sublatum suæ statuæ imposuit. Narcissus eum, unus ex domesticis, in balneo strangulavit.

Pertinax imperavit dies 87. Is neque uxorem neque liberos in palatium introduxit, sed apud avum reliquit. Sub hoc Eusebius ait fuisse Symmachum, unum ex interpretibus Hebraicarum Litterarum, secta Ebionæum. Fuit tum et Porphyrius philosophus, qui contra Christianos scripsit, et Africanus Annalium conditor. Tunc et Leonides, vaecordis Origenis pater, religionis Christianæ causa supplicium pertulit. Pertinax a militibus est jugulatus.

442 Julianus Didius imperator fuit dies 66. Didii cognomentum habuit quod dandis muneribus imperium comparasset. Moribus erat pravissimis, flagitiosissimus et avarus. Itaque ob turpem et inhumanam vitam a senatu mortis damnatus est et jugulatus.

Severus imperavit annos 17, menses 8. Severus

XYLANDRI ET COARI NOTÆ.

(63) Hæreticus *ad resipiscentiam* interpretatur, orthodoxus *ad pœnitentiam*. Coar.

(64) Narratio de eo qui arena baptizatus fuit, ex Nicephori fine tomi tertii est. Sed hæc verba, *ergo quia nihil*, etc., quid sibi velint, nescio. Xyl. — Se ipsum itaque non intelligit. Planus est tamen verborum sensus. *Ergo quia nihil horum fuit* arenæ baptismus, ut qui ad figurativum Moysi, pœnitentialem Joannis, sacramentalem Christi, sanguineum martyrum revocari nequiret, *juste non est receptus*, qui susceperat illum Hebræus. Coar.

Porro Julianus Carris, quæ urbs est a Caro imperatore condita, iter in Persas faciens speluncam quamdam subiit, ibique scelestis sacris operatus fores seris occlusit ac consignavit, apposita custodia. Quibus foribus, eo interfecto, apertis, inventa est muliercula capillis suspensa, extentis manibus; cujus crudelis ille ventre dissecto victoriæ scilicet de Persis suam ex jecinore didicerat. Antiochiæ autem in regia multæ arculæ inventæ sunt humanis capitibus plenæ multique putei cadaveribus oppleti. Nam et innumeras gravidas mulieres Julianus dissecuerat, ut fœtuum jecinora contemplaretur, et multos infantes jugulatos ad bases simulacrorum defoderat, quibus impense erat deditus. Magnum quoque alium gregem ratione prædictorum animantium, diversarum ætatum, variis mortis generibus sustulit, Neptuno eos et aliis dæmonibus, quorum se homo Deo invisus cultui addixerat, immolans. Quin et albis equis soli, rutilis igni ac ventis sacrificavit. Nec non assidue canes, simias, corvos atque omne propemodum genus quadrupedum, avium natantiumque mactabat, omnisque modi sacra excogitabat, plura et deteriora his quæ apud Græcos recepta sunt. Ea enim re omnibus qui ante ipsum Græcam religionem sectati fuissent, palmam præripere studebat, **528** propterea se in deorum relatum iri homo a Deo alienus sperans. Verum ejus res nos ordine annorum, quibus imperavit, quam brevissime deinceps referemus: nunc reliqua attexamus prioribus.

Annum Constantio imperante 19, die Pentecostæ, in cœlo signum vivificæ crucis apparuit, lucidum atque extentum a Golgotha, quo loco Christus in crucem sublatus fuit, usque ad montem Olearum, unde idem Christus in cœlum subiit. Cingebatur per orbem circulo arcus cœlestis simili. Eadem die etiam Constantino apparuit, Cyrillo Hierosolymæ tum episcopo.

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(3) Δόκιμος cum de monachis dicitur, non is est qui jam ascetica vita probatus, virtutibus effulget provectus, sed is proprie cujus vires propositum, animus probantur et ad virtutem informantur: uno verbo, non *monachus præclarus* juxta Xylandrum, sed, juxta tritum in monasteriis loquendi usum, *novitius* est. GOAR.

Anno 21, mortuo impio Eusebio Cpolitano episcopo, Romam denuo ad Julium papam et Constantem imperatorem, Constantii fratrem, redierunt Athanasius et Paulus. Cum autem Cpoli Christiani Paulum episcopum designare vellent, Ariani contra Macedonium deligerent, conseruere manus factiones multique utrinque ceciderunt. Hermogenes quoque ductor exercitus, a Constantio ad exturbandum Paulum missus, a Christianis necatus inque mare abjectus fuit. Qua re cognita, Constantius Cpolim occupat, Paulum in exsilium agit : non tamen Macedonium episcopatui præfecit. Post Roma Paulus veniens cum litteris Julii papæ, Thessalonicæ in exsilio esse jubetur. **529** Macedonius autem prædonis in morem invadit ecclesiam, cæsis viris 3150, atque ita Ariani ecclesiam occupant. Athanasius autem et Paulus Romam rursus se conferunt ad Constantem, eique omnem rem narrant. Constans indigne rem ferens fratrem per litteras jubet Paulo et Athanasio sua solia reddi. Sed cum Magnentius in Gallia occupata tyrannide Constantem pium interfecisset, Constantis id Antiochiæ rescius statim urbe Paulum ejicit et Cucusi exsulare jubet. Ibi is suo humerali ab Arianis strangulatur. Macedonius rursum sedem episcopalem occupat.[1] Athanius autem fuga sibi consulit. Constantius Julianum Galli fratrem custodia liberatum Cæsarem declarat inque Galliam mittit tradens ei in matrimonium sororem suam Helenam, quæ et Constantiæ nomen tulit. Constantio uxor fuit inclita Eusebia, cujus pulchritudinis fama orbem terræ pervagata est. Verum maritus mollior quam expediret, ac præterea morbosus, non potuit mulierem curare. Itaque flore ætatis naturaque vigore exardescens ea in matricis sævos cruciatus incidit paulatimque contabescendo periit, nulla neque formæ neque ætatis neque imperii percepta utilitate.

A Τῷ κα' ἔτει τῆς βασιλείας Κωνσταντίου, τελευτήσαντος Εὐσεβίου τοῦ δυσσεβοῦς Κωνσταντινουπόλεως, κατῆλθον εἰς Ῥώμην πάλιν πρὸς Ἰούλιον τὸν πάπαν καὶ Κωνσταντα τὸν τοῦ βασιλέως [P. 302] Κωνσταντίου ἀδελφὸν Ἀθανάσιος καὶ Παῦλος. Οἱ ὀρθόδοξοι τοίνυν Κωνσταντινουπόλεως Παῦλον προβαλόμενοι, ἐπεὶ οἱ Ἀρειανοὶ Μακεδόνιον ἀντεχειροτόνησαν, συμβάλλουσιν ἀλλήλοις, καὶ πολλοὶ ἀμφοτέρωθεν πίπτουσιν. Ἑρμογένης δὲ ὁ στρατηλάτης παρὰ Κωνσταντίου πεμφθεὶς εἰς τὸ ἐξελάσαι Παῦλον παρὰ τῶν ὀρθοδόξων κτείνεται καὶ εἰς τὴν θάλασσαν ῥίπτεται. Τοῦτο ὁ Κωνστάντιος μαθὼν καταλαμβάνει τὴν Κωνσταντινούπολιν, καὶ τὸν μὲν Παῦλον ἐξορίζει, οὐ μὴν δὲ ἐνθρονιάζει Μακεδόνιον. Ὕστερον δὲ παρὰ Ἰουλίου Ῥώμης μετὰ γραμμάτων ὁ Παῦλος ἀνελθὼν ἐν Θεσσαλονίκῃ ἐξορίζεται. ὁ δὲ Μακεδόνιος τῇ Ἐκκλησίᾳ ληστρικῶς ἐπιβαίνει, ἐφ' ᾧ καὶ ἀναιροῦνται ἄνδρες τρισχίλιοι ἑκατὸν πεντήκοντα· καὶ οὕτω τῆς Ἐκκλησίας Ἀρειανοὶ κρατοῦσι, καὶ Ἀθανάσιος δὲ καὶ Παῦλος τὴν Ῥώμην πάλιν καταλαμβάνουσιν. Οἳ καὶ προσελθόντες τῷ Κώσταντι πάντα διηγήσαντο. Ὁ δὲ ἐπὶ τούτοις ἀγανακτήσας γράφει τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ λυπούμενος ἀποδοῦναι Παύλῳ καὶ Ἀθανασίῳ τοὺς ἰδίους θρόνους. Μαγνεντίου δὲ ἐν Γαλλίαις τυραννήσαντος καὶ Κώνσταντα τὸν εὐσεβῆ ἀνελόντος, ἐπεὶ Κωνστάντιος ἐν Ἀντιοχείᾳ ὢν τοῦτο ἔμαθε, παρευθὺ τῆς πόλεως τὸν Παῦλον ἐξορίζει ἐν Κουκουσῷ. Κἀκεῖ ὑπὸ τῶν Ἀρειανῶν τῷ ἰδίῳ ὠμοφόρῳ (4) ἀποπνίγεται, καὶ Μακεδόνιος πάλιν τοῦ θρόνου ἐπιλαμβάνεται, ὁ δὲ Ἀθανάσιος πάλιν φυγῇ τὴν σωτηρίαν πραγματεύεται. Ἰουλιανὸν δὲ τὸν ἀδελφὸν Γάλλου ἐκ τῆς φυλακῆς ἐξαγαλὼν Καίσαρα προβάλλεται καὶ εἰς Γαλλίας ἐκπέμπει, ζεύξας αὐτῷ πρὸς γάμον τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν Ἑλένην τὴν καὶ Κωνσταντίαν. Γαμετὴ δὲ Κωνσταντίου ἦν Εὐσεβία ἡ περιώνυμος, ἧς τὸ κάλλος εἰς πᾶσαν ἐξῆλθε τὴν γῆν· ἀλλ' ἃ ταύτης ἀνὴρ μαλθακώτερος ὑπάρχων τοῦ πρέπoντος, ἔτι δὲ καὶ νοσηλευόμενος, οὐκ ἠδύνατο θεραπεῦσαι τὴν ἄνθρωπον, ἢ τῷ τῆς νεότητος ἄνθει καὶ κῷ κάλλει τῆς φύσεως ὑπερζέουσα τῷ τῆς μητρομανίας περιέπεσε πάθει, φθίνουσα δὲ κατὰ μικρὸν ἐτελεύτησε, καὶ οὔτε τοῦ κάλλους οὔτε τῆς ἡλικίας οὔτε τῆς βασιλείας ἀπώνατο·

Utcunque enim mulier reliqua omnia sustinet :
Sed deficiente viro, vita quoque deficit.

Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα δεύτερ' ἂν πάσχοι γυνή.
Ἀνδρὸς δ' ἁμαρτάτουσ' ἁμαρτάνει βίου.

305 Anno 22 Ariani Constantio persuaserunt ut capitale supplicium Athanasio decerneret. Sed tunc quoque is vitam fuga servavit. Noctis hora tertia terræ motus Nicomediæ obortus magnam hominum multitudinem atque cum his episcopum Cecropium oppressit. Macedonius episcopatu Cpolitano potitus, corpus Constantini Magni ab Apostolorum templo ad Sancti Acacii fanum transferre aggressus est, præscriptione ea utens, quod templum Apostolorum corruisset. Populo autem obsistente magna existit cædes, ita ut sanguine et puteus testimonii et plateæ et aula opplerentur.

Τῷ κβ' ἔτει οἱ Ἀρειανοὶ τὸν βασιλέα Κωνσταντιον κατὰ Ἀθανασίου παρέπεισαν ὡς κεφαλικὴν τιμωρίαν αὐτοῦ καταψηφίσασθαι· ἀλλὰ καὶ τότε φυγῇ ὁ ἅγιος τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύσατο. Σεισμοῦ δὲ μεγάλου ἐν Νικομηδείᾳ γενομένου περὶ ὥραν νυκτερινὴν τρίτην, τὴν πόλιν κατέλαβε, καὶ πλήθη πολλὰ διέφθειρε μετὰ τοῦ ἐπισκόπου Κεκροπίου. Μακεδόνιος τοίνυν τὸν θρόνον τῆς Κωνσταντινουπόλεως κατέχων μετήγαγε τὸ σῶμα τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου εἰς τὸν ἅγιον Ἀκάκιον ἀπὸ τοῦ ναοῦ τῶν [P. 303] Ἁγίων Ἀποστόλων, πτῶσιν προφασιζόμενος τοῦ ναοῦ· τοῦ δὲ λαοῦ κωλύοντος φόνος γέγονε πολύς, ὥστε πληρωθῆναι

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(4) *Humerale* ad verbum reddidit interpres : tu *fusciam* honoris gratia, pontificum humeros ambientem et extremis ante retroque pendulam, a Latinis *pallium*, archiepiscoporum insigne dictam, intelliges. Ἐπωμίδα vocat auctor frequentius. GOAR.

τὸ φρέαρ τοῦ μαρτυρίου (5) καὶ τὰς πλατείας καὶ τὴν αὐλὴν αἱμάτων· Ὅπερ γνοὺς Κωνστάντιος τοῦτον μὲν καθῄρησε καὶ Εὐδόξιον ἀντικατέστησε, μείζονι κακῷ μέγα κακὸν ἀμειψάμενος. Οὗτος ὁ Εὐδόξιος ἐνεκαίνισε τὸ δεύτερον τὸν ναὸν τῆς Ἁγίας Σοφίας διὰ τὸ μετὰ τὸν πρῶτον ἀπαρτισμὸν αὐτοῦ καὶ τὸν ἐγκαινισμὸν τὸν δι' Εὐσεβίου πάλιν πεσεῖν καὶ αὖθις οἰκοδομηθῆναι διὰ τοῦ αὐτοῦ Κωνσταντίου. Ἐπὶ τούτου τοῦ Εὐδοξίου τοῦ μαθητοῦ Εὐνομίου ὁ ἐν ἁγίοις Ἐφραὶμ ὁ Σύρος ἦν, μέγας ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ, ὃς πολλὰ ὠφέλιμα ἐγγράφως καταλέλοιπε.

Τῷ κγ' ἔτει τοῦ Κωνσταντίου Φλαβιανὸς ὁ Ἀντιοχείας τοὺς τῶν ψαλλόντων χοροὺς διελὼν ἐκ διαδοχῆς τὴν Δαβιτικὴν ἐδίδαξε πρῶτος ᾄδειν μελῳδίαν. Μετὰ δὲ τοῦτον Πέτρος ὁ Ἐναφεὺς τυραννικῶς τῷ θρόνῳ Ἀντιοχείας ἐπιβὰς πρῶτον ἐπενόησε τὸ μύρον (6) ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπὶ παντὸς τοῦ λαοῦ ἁγιάζεσθαι, καὶ τὴν ἐπὶ τῶν ὑδάτων ἐν τοῖς ἁγίοις Θεοφανίοις (7) ἐπίκλησιν ἐν ἑσπέρᾳ γίνεσθαι, καὶ ἐν ἑκάστῃ εὐχῇ τὴν Θεοτόκον ὀνομάζεσθαι, καὶ ἐπὶ πάσῃ συνάξει τὸ σύμβολον τῆς πίστεως λέγεσθαι, πρότερον τῇ μεγάλῃ παρασκευῇ (8) καὶ μόνον λεγόμενον.

Ἀκηκοὼς τοίνυν Κωνστάντιος ὅτι Ἰουλιανὸς ἐν Γαλλίαις ἐν πολέμοις εὐδοκιμήσας ὑπὸ τοῦ στρατοῦ βασιλεὺς ἀνηγορεύθη, ἐν Ἀντιοχείᾳ διάγων διὰ τὸν Περσικὸν πόλεμον ἐξώρμησε κατ' αὐτοῦ, καὶ ἐλθὼν ἐν Μόψου κρήναις τελευτᾷ, μηνὶ Νοεμβρίῳ γ', πολλὰ τῆς ἑαυτοῦ ἀγνοίας καταγνούς. Ἐβαπτίσθη δὲ τότε ἐν Ἀντιοχείᾳ ὑπὸ Εὐζωίου τοῦ Ἀρειανοῦ. Οὗ τὸ σῶμα Ἰοβιανὸς ὁ μετὰ ταῦτα βασιλεύς, προτέκτωρ (9) τότε ὤν, ἀποκομίσας ἀπέθετο πλησίον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐν τῷ Ἡρώῳ (10) μετὰ Εὐσεβίας τῆς αὐτοῦ πρώτης γυναικός.

Ἅμα δὲ τῷ ἀναγορευθῆναι Ἰουλιανὸν ἐν Γαλλίαις εὐθὺς ἡ τροῦλλα (11) τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Μεγάλης Ἐκκλησίας, φουρνικὴ οὖσα, ἔπεσε, τόν τε ἄμβωνα καὶ τὰς σολέας ἐξ ὀνυχίτου λίθου ὄντα συνέτριψε καὶ

A Constantantius rei iudicio accepto Macedonium deposuit, eique Eudoxium substituit, magnum malum majore communtans. Is Eudoxius demuo templum S. Sapientiæ dedicavit, quia post primam absolutionem ab Eusebio dedicatum corruisset esselque a Constantio eodem instauratum. Hujus Eudoxii, qui Eunomii fuit discipulus, tempore S. Ephraemus Syrus fuit, vir magnus dictus factisque et qui multa utiliter conscripta reliquit.

Anno 33 Constantii Flavianus Antiochiæ episcopus cantorum choros dividens primus instituit ut psalmi Davidici alternis cantarentur. Post hunc Petrus cognomento Cnapheus (id est fullo) per tyrannidem eo episcopatu occupato primus auB ctor fuit unguenti in ecclesia coram 531 universo populo consecrandi, ac ut in sacris Theophaniis aquarum consecratio vesperi fieret, ac ad singulas preces nominatim Dei Genitrix cieretur, et in cœnæ mysticæ celebratione quavis symbolum fidei recitaretur, cum id tantum in vigilia magna dicoretur.

Enimvero Constantius Julianum in Gallia bellis præclare gestis audiens ab exercitu imperatorem appellatum, tunc belli Persici causa Antiochiæ degens, contra eum expeditionem suscepit. Sed cum ad Mopsucrenas (Mopsi scaturigines) venisset, ibi vitam finiit, tertio die Novembris cum suam ignorationem valde vituperasset. Baptizatus fuit tunc Antiochiæ ab Euzoio Ariano. Corpus ejus C Jovianus, qui postea temporis ad imperium erectus, tunc protector fuit, sublatum deposuit in Heroo sacello juxta patris corpus et Eusebiæ prioris ejus uxoris.

Simul atque in Galliis Julianus est imperator salutatus, statim trulla sacri Magni Dei deiicatj Templi, quæ fornicibus constabat, corruit, atque ambonem et soleas de lapide onychite confectas

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(5) Τὸ φρέαρ τοῦ μαρτυρίου *puteum testimonii* vertendum censuit interpres, erronee. Μαρτύριον enim ecclesia est martyri dicata, ut habet Chrysostomus hom. 31 tom. V, statim sub initio. Hic quoque de Acacii martyris templo aperta fit mentio; ac insuper in Marciano ædes Euphemiæ μαρτυρίου scribitur p. 303. Goar.

(6) *Sacrum chrisma* intelligit ungendis baptismo initiatis institutum, cujus consecrationem de qua hic sermo, continet Euchologium Goar.

Baptismum non secus in Theophaniis quam in Paschate ac Pentecoste solemniter quondam Græci conferebant. Ejus aquam, veteri more retento etiamnum hodie festi pervigilio consecrant, morisque institutionem Petro Fulloni Cedrenus assignat. Goar.

(8) *In vigilia magna*, reposuit dormitans Xylander, ubi *magnam parascevem*, passionis nimirum celebritatem non difficulter scribere potuisset. Goar.

(9) Cujus officium apud Meursium jejune describitur, latissime apud Pancirollum in *Notit. imperii* c. LXXXIX. Imperatoris latus stipabat Goar.

(10) Tumuli priorum imperatorum a Constantio in limine Sanctorum Apostolorum positi ἡρῶων sunt *heroum loca* et *heroicarum cinerum* loculi, ἐν ἰδιαζούσῃ μέντοι στοᾷ *in peculiari nimirum porticu* a præfato Constantio constructa dispositi. Zonaras in Constantino versus finem. Goar.

(11) Ne vel me impedirem vel alios, hæc ad verbum reddidi. Est enim oppido difficile hybridas D voces, quas a Latinis Græci male asseculi et vitiantes suas fecerunt, recte exprimere. Ex Evagrii IV, 31 apparet trullam esse θόλον, id est rotundum fastigium. Arbor Persica de cujus miraculo inde refert, in margine ῥοδακινέα appellatur; quod obiter annotandum videbatur. Xyl. — Φουρνικὴ, ἄμβωνά, σολέας hybridas voces asserit Xylander, et se altosque in eis interpretandis impedire veretur. An oppido, ut existimat, difficile interpretari τὸ φουρνικὴ, ecclesiam sive trullam *fornicibus laqueatam* vel ut scribit Meursius, *instar furni concameratam*? φοῦρνον enim ita vocant Græci. Τὸν ἄμβωνα *suggestum altiorem*, in ecclesiæ medio locatum, in quem ab oriente et occidente gradibus ascenditur, ex quo Dei verbum et legitur et enuntiatur; τὰς σολέας *gradus altari viciniores*, in quibus sedam habent subdiaconi, et e quibus velut *e solio* regis Christi corpus in populum fidelem distribuitur. Goar.

in pulverem redigit. Id templum cum Julianus postmodo vidisset, dixit : jam templum habent Christiani. Sed ego ubi a Persico bello rediero, medium ejus feno reponendo, partes ab utroque latere stabulum equorum parabo, ut videam ubinam suam spem collocent.

Erat Julianus statura brevi, barbatus, capillo nigro, somni, luxuriæ, reique venereæ apprime abstinens, caterum ambitiosissimus et impius. **532** Is ad se unum toto imperio delato impudens Græcam religionem usurpavit, sanguine sacrificiorum sacrum baptismum eluens, omniaque agens quibus dæmones coluntur. Oribasium medicum ac quæstorem Delphos misit, ut oraculum Apollinis instauraret. Is cum eo pervenisset opusque inchoasset, tale dæmone accepit oraculum :

Corrat artifici varie cortina labore
Constructa : hoc regi redeuntes dicite vestro.
Nec casa nec Phœbi reddens oracula laurus
Ulla super, nullæ veniunt a fonte loquelæ :
Exstincti laticesque profunda silentia servant.

Primo imperii Juliani anno, cum is ante mortem Constantii diadema sibi sumpsisset, statim ira Dei Romanorum ditioni immissa mala sunt. Tum impius iste, ut Constantium injustum ac legibus adversum fuisse ostenderet, justiam prae se ferre cœpit, episcopos ab exsilio revocare, Eusebium regiorum eunuchorum principem utpote sontem necare, reliquos etiam eunuchos palatio ejicere ob dimissam ac repudiatam a se uxorem, sibi ab ejus fratre Constantio desponsatam, coquos etiam dimittere, ut frugalius viveretur, et puerulos, quod unum multis sufficere diceret. Publico etiam cursu camelos, asinos et mulas ejicere, solisque equis ad ministeria uti concedere, avaritia impulsus, cui erat mancipatus. **533** Tunc in Oriente Græci sublatis animis statim Alexandriæ Georgium episcopum raptatum interfecerunt. Athanasius autem, qui diu apud virginem quamdam delituerat, in publicum progressus concilium convocavit, decretisque Nicænis confirmatis ecclesias recuperavit. Ariani autem Georgio sublato Lucium sibi præfecerunt, inque communi domo conventus egerunt. Græcæ autem religionis æmuli multos Christianos in cruces sustulerunt atque jugularunt. Nam Gazæ et Ascalone presbyteros, et qui virginitatem conservassent, interfecerunt, eorumque viscera aperta hordeo impleverunt et porcis objecerunt. Phœnice Cyrilli diaconi necati jecur gustaverunt. Qui autem diaconum istum dissecuit et jecur ejus degustavit, is et linguam suam ipsius putredine confectam vomuit, et dentes amisit atque oculos, et diris tortus doloribus periit. Quod vero commemorem quæ isto tempore per urbes et agros a Græcis perpetrata fuerint ? Cum ea neque verbis possent neque scribendo unquam

A εἰς χοῦν ἀπεστίλετε. Τοῦτον τὸν ναὸν ἰδὼν μετὰ ταῦτα Ἰουλιανὸς εἶπεν· Ἀκμὴν οἱ Χριστιανοὶ ἐκκλησίας ἔχουσιν. Ἐὰν ὑποστρέψω ἀπὸ Περσῶν, τὸν μὲν μέσον χορτοβολῶνα, τὰ δὲ ἔνθεν κἀκεῖθεν μέρη στάβλους τῶν ἵππων μου, ποιήσας αὐτοὺς ἰδεῖν ἔχω ποῦ ἐλπίζουσιν.

Ἦν δὲ Ἰουλιανὸς τὸ σῶμα βραχύς, εὐπώγων, μελανόθριξ, ὕπνου καὶ τρυφῆς καὶ ἀφροδισίων ὅτι μάλα ἐγκρατής, φιλοδοξότατος τε καὶ τῷ κατ' εὐσέβειαν τρόπῳ πονηρός. Οὗτος μονοκράτωρ [P. 304] γενόμενος ἀναιδῶς ἐλληνίζειν, αἵματι θυτιῶν τὸ ἅγιον βάπτισμα ἀποπλυνάμενος; καὶ πάντα ποιῶν οἷς οἱ δαίμονες θεραπεύονται. Πέμπει οὖν Ὀριβάσιον τὸν ἰατρὸν καὶ κουαίστωρα ἐν Δελφοῖς ἀνεγεῖραι τὸν ναὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. Ἀπελθὼν οὖν αὐτὸς καὶ τοῦ ἔργου
B ἁψάμενος λαμβάνει χρηστήριον παρὰ τοῦ δαίμονος.

Εἴπατε τῷ βασιλεῖ· Χαμαὶ πέσε δαίδαλος αὐλά,
Οὐκέτι Φοίβου ἔχει καλύβαν, οὐ μαντικὰ δάφνην,
Οὐ παγὰν λαλέουσαν. Ἀπέσβετο καὶ λάλον ὕδωρ.

Τῷ πρώτῳ τούτου ἔτει διάδημα περιθεμένου πρὸ τῆς τοῦ Κωνσταντίου τελευτῆς εὐθὺς θεήλατοι ὀργατὴν Ῥωμαίων γῆν κατειλήφασι. Δεῖξαι οὖν θέλων τὸν Κωνστάντιον ἄδικον καὶ παράνομον, ὑποκρινόμενος δικαιοσύνην ὁ ἀσεβὴς τοὺς ἐν ἐξορίᾳ ἐπισκόπους ἀνεκαλέσατο. Εὐσέβιον δὲ τὸν πρῶτον τῶν βασιλικῶν εὐνούχων ἀνεῖλεν ὡς δῆθεν ἄδικον. Ἐδίωξε δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς εὐνούχους τοῦ παλατίου διὰ τὸ ἀποβαλεῖν τὴν γυναῖκα, ἣν συνῆψεν αὐτῷ Κωνστάντιος ὁ ἀδελφὸς αὐτῆς. Ὁμοίως καὶ μαγείρους διὰ τὸ λιτὸν τῆς διαίτης, καὶ κουρίσκους (12) διὰ τὸ ἕνα πολλοῖς
C ἀρκεῖν, ὡς ἔλεγε. Τοῦ δὲ δημοσίου δρόμου τάς τε καμήλους καὶ ὄνους καὶ ἡμιόνους ἐξέβαλε, μόνους ἵππους συγχωρήσας ὑποῦργεῖν διὰ πολλὴν φιλαργυρίαν, ἧς δοῦλος ἦν. Τότε οἱ κατὰ Ἀνατολὴν Ἕλληνες ἐπαρθέντες εὐθὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Γεώργιον τὸν ἐπίσκοπον σύροντες ἀνεῖλον. Τότε Ἀθανάσιος πρός τινα παρθένον κρυπτόμενος χρόνον πολὺν ἐξελθὼν σὺν ὁδὸν ἐκρότησε, καὶ τὰ κατὰ Νίκαιαν κυρώσας δόγματα τὰς Ἐκκλησίας ἀπέλαβεν. Οἱ δὲ Ἀρειανοὶ μετὰ Γεωργίου Λούκιον προεχειρίσαντο ἑαυτοῖς, καὶ ἐν οἴκῳ κοινῷ συνῆθροντο. Οἱ δὲ Ἕλληνες πολλοὺς Χριστιανοὺς ἀνεσταύρωτάν τε καὶ κατέσφαξαν. Καὶ γὰρ ἐν Γάζῃ καὶ Ἀσκάλωνι πρεσβυτέρους καὶ ἀειπαρθένους ἀναιροῦντες ἀνέπτυσσον τὰ σπλάγχνα
D αὐτῶν καὶ κριθῆς πληροῦντες τοῖς χοίροις παρέβαλλον. Ἐν δὲ Φοινίκῃ Κύριλλον διάκονον ἀνελόντες τοῦ ἥπατος αὐτοῦ ἀπεγεύσαντο. Ὁ δὲ ἀνατεμὼν τὸν διάκονον καὶ τοῦ ἥπατος αὐτοῦ ἀπογευσάμενος τὴν μὲν γλῶσσαν σαπεῖσαν κατέρρευστε καὶ τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ ἀπέλαβε τούς τε ὀφθαλμοὺς ἐπηρώθη καὶ πικρῶς βασανιζόμενος ἐντελεύτησε. Καὶ τί δεῖ λέγειν τὰ καθ' ἑκάστην πόλιν καὶ χώραν κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων γινόμενά ; Ὑπερβαίνουσι γὰρ καὶ λόγον πάντα καὶ γραφήν. Τότε καὶ ὁ μέγας Βασίλειος τῆς Καππαδοκῶν Ἐκκλησίας

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(12) Puerascit interpres, *puerulos* hanc vocem referre suspicatus, quæ *tonsores* diminutive significat. Paulus Diaconus in Juliano. GOAR.

πρεσβύτερος ἦν, καὶ Λιβάνιος ὁ σοφιστὴς καὶ Πρόκλος καὶ Μάξιμος οἱ φιλόσοφοι.

[P. 305] Τῷ δευτέρῳ ἔτει ὁ δυσσεβὴς Ἰουλιανὸς ἐνομοθέτει μὴ μετέχειν Χριστιανοὺς Ἑλληνικῶν μαθημάτων. Ἀπολινάριος δὲ τῇ θείᾳ Γραφῇ ὅλῃ χρησάμενος, πάντων τε ποιητῶν τοὺς χαρακτῆρας μιμούμενος, ἔγραψε παιδεύεσθαι παρὰ τῶν Χριστιανῶν. Ὁ δὲ παραβάτης τὰς τῶν Χριστιανῶν εὐποιΐας μιμούμενος ἐκέλευσε ξένοις τε καὶ πτωχοῖς τὰ πρὸς τὴν χρείαν χορηγεῖσθαι, ἀπατῶν τοὺς ἁπλουστέρους. Ταῖς δὲ εἰκόσιν αὐτοῦ Διὰ καὶ Ἄρεα καὶ Ἑρμῆν συγγράφεσθαι προσέταξε καὶ τοὺς λοιποὺς δαίμονας, τοὺς δὲ ἀναβαλλομένους τὴν τούτων προσκύνησιν ὡς ἐχθροὺς βατιλικοὺς τιμωρεῖσθαι. Τῷ δὲ στρατῷ τὴν ῥόγαν (13) διανέμων πῦρ ἐτίθει καὶ λιβανωτὸν, καὶ θυμιᾶν τοὺς στρατιώτας ἠνάγκαζεν.

Ἐν Καισαρείᾳ δὲ τῆς Φιλίππου, τῇ νῦν Πανεάδι, ἡ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ θεραπευθεῖσα αἱμόῤῥους ἀνδριάντα ἔστησε τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ, καὶ βοτάνη ἐφύετο ὑπὸ τὴν βάσιν τοῦ ἀνδριάντος πάσης νόσου ἀλεξητήριον. Τῇ οὖν βοτάνῃ φθονήσας τὸν ἀνδριάντα κατάγει ὁ δεῖλαιος, καὶ ἀντ' αὐτοῦ ξόανον Ἰουλιανοῦ ἵστησι. Καὶ τὸν μὲν τοῦ Σωτῆρος ἀνδριάντα οἱ Χριστιανοὶ λαβόντες εἰς ἐκκλησίαν ἔθεντο, τὸν δὲ τοῦ Ἰουλιανοῦ πῦρ κατελθὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀνάλωσεν.

Ἐν δὲ Νικοπόλει τῆς Παλαιστίτης τῇ Ἐμμαοὺς πηγή ἐστι παντοίων παθῶν ἀνθρώπων τε καὶ κτηνῶν ἴασις· ἐν αὐτῇ γάρ φασι τὸν Κύριον καὶ Θεὸν ἡμῶν τοὺς πόδας ἀπονίψασθαι ἐξ ὁδοιπορίας. Ἐν Ἑρμουπόλει τῆς Θηβαΐδος δένδρον ἵσταται περσέα· ταύτης φύλλον ἢ κάρφος εἰ λάβοι τις, πρὸς πᾶσαν νόσον ἐστὶν ἴαμος· ὅπερ δένδρον, φασί, κλιθὲν προσεκύνει τῷ Χριστῷ, ἡνίκα πρὸς Αἴγυπτον ἔφευγε, καὶ σκιὰν αὐτῷ πεποίηκε. Καὶ τῇ μὲν πηγῇ φθονήσας κατέχωσε, τὸ δὲ δένδρον ἔκοψεν. Οὗτος ὁ μιαρὸς τὴν τοῦ Προδρόμου θήκην ἀνοίξας πυρὶ τὰ λείψανα παραδέδωκε καὶ τὴν κόνιν διελίμησε.

Φασὶ δὲ ὅτι ἐν τῇ κατὰ τὴν Καισάρειαν τῆς Φιλίππου, ἐν τῇ ἀρκτῴᾳ θέσει τῆς φάραγγος, ῥίζαν γίνεσθαι φλογοειδῆ, ἣν καλοῦσι βαττάριτον, ἐφ' ἧς περὶ τὴν ἑσπέραν ἐξαστράπτον φῶς ἀπροσπέλαστον εἶναι καὶ ἀπρόσιτον παρασκευάζει διὰ τὸ παραχρῆμα τὸν ἐγγίζοντα ἀποθνήσκειν. Κυκλόθεν οὖν αὐτῆς περιορύξαντες κύνα δεσμοῦσιν ἐκ τῆς ῥίζης αὐτῆς. Ὁ κύων δὲ τοῖς αὐτοῦ δεσπόταις ἕπεσθαι ἱέμενος ἐπὶ πολὺ σύρων ἀναστᾷ τὴν ῥίζαν. Καὶ αὐτὸς μὲν θνήσκει παραυτὰ, τὴν ῥίζαν δὲ περιάπτοντες τοὺς δαιμονιζομένους θεραπεύουσι. Καὶ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ δέ φασι πόλιν εἶναι πάραλον· ταύτης ἀπὸ σταδίων δύο διαῤῥεῖ ποταμός. Οὗτος ἔχει τόπον ἐν αὐτῷ νησοειδῆ, ὡσεὶ πηχῶν ἑκατὸν [P. 306] τὸ περίμετρον, οὗ ἡ ἀργὴ ψάμμος διὰ τῶν ἀνέμων ἐκφερομένη εἰς ὕδωρ εὐθὺς μεταποιεῖται· καὶ ταύτης ἀφαιρουμένης πάλιν αὖθις ἀναπληροῦται.

A presbyter, et Libanius sophista, Proclus Maximusque philosophi claruerunt.

Anno secundo Julianus lege data edixit ne Christiani Græcis disciplinis instituerentur. Quo tempore Apollinarius scribendi materiam sumens sacram Scripturam atque omnes poetarum formas imitans ea composuit quæ Christiani discerent. Cæterum Julianus veræ religionis 534 desertor, Christianorum beneficentiam imitans, peregrinis et mendicis necessaria suppeditari jussit, simpliciores decipiens. Imaginibus suis Jovem, Martem et Mercurium reliquosque dæmones appingi jussit, de iis qui adorare ea distulissent, supplicium sumi tanquam hostibus imperatoris. Congiarium exercitui largiens ignem poni mandavit ac thus, ac adolere milites coegit.

Cæsareæ Philippi, quæ nunc Panais dicitur, mulier quam Christus profluvio sanguinis liberaverat, Domino Christo statuam posuerat sub cujus basi herba enascebatur præsens quorumvis morborum remedium. Ejus herbæ invidia motus Julianus statuam eam deposuit, ac Juliani imaginem sculptam istius loco posuit. Christiani statuam Servatoris sublatam in templo collocaverunt: Juliani ignis de cælo missus consumpsit.

Nicopoli Palæstinæ, quæ et Emmaus dicitur, fons erat omnis generis morbos hominum brutorumque sanans: eo enim fonte ferunt Christum ex itinere pedes abluisse. Hermopoli, quæ est urbs Thebaidis, Persica arbor fuit, cujus folium aut cortex cuivis morbo mederetur: eam ferunt arborem sese inclinasse et Christum adorasse in Ægyptum fugientem, eique umbram præbuisse. Eum fontem invidia stimulante Julianus ingesta materia obstruxit, arboremque illam excidit. 535 Idem aperto Præcursoris Christi monimento reliquias ejus cremavit cineresque dissipavit.

Aiunt in vallis quæ ad Cæsaream Philippi est septentrionali parte flammeam quamdam radicem nasci, Battaritidem nomine, a qua sub vesperam effulgens lumen inaccessam eam reddat: quodsi quid accedat, id statim moriatur. Circa eam radicem in orbem terram effodiunt, ac radici canem alligant, qui dum dominos suos sequi cupit, eam evellit atque ipse illico moritur. Cæterum ea radice appensa eos sanant qui a dæmonibus vexantur. In Galilæa etiam ferunt urbem quamdam esse maritimam, a qua stadiis duobus præterfluat amnis, in quo sit insula quædam ambitu cubitorum circiter centum, cujus alba arena ventis egesta statim in vitrum mutetur, atque arena sublata locus confestim alia expleatur.

XYDANDRI ET GOARI NOTÆ.

(13) *Stipendia militum*, vel imperatorum *dona* Kalendis Januariis, natalibus principium et urbium regiarum, ut hic narrat Paulus Diaconus, eisdem exhibita. Ab *erogando* vox deducta. GOAR.

Juliano Chalcedonem transeunti atque in fano Fortunæ sacrificanti Maris ejus loci episcopus in faciem convicia permulta fecit, desertorem appellans et furiam et gloriæ Dei alienum. Sed Julianus, ut qui philosophum præ se ferret, uno hoc dicto Marim ultus est, Abi, inquiens miser, tuamque deplora cæcitatem cui Nazaræus, quem tu adoras, opem non tulit. Nam Maris suffusionem oculorum perpessus erat. Isque **536** respondit. Gratias ago Domino meo Christo, qui mihi hoc pacto prospexit ne impudentissimum tuum atque impiissimum videam vultum.

Idem Julianus Græcis instigantibus magnum Athanasium ecclesia expulit. Qui abiens Christianos super ipso flentes bono esse animo jussit: nubeculam enim hanc brevi transituram.

Degens Antiochiæ Julianus ac crebro in Daphna obambulans, Apollinisque simulacrum colens, quod ibi erat, opus Bryxidis statuarii admirandum, quod imitando æquare nemo potuerat, oraculum ab eo poscebat. Cum vero nihil responderetur, reliquias sancti martyris Babylæ, quæ in Daphna erant repositæ, in causa esse ratus transferri eas inde jussit. Quo facto, eadem nocte ignis confertim cælo delatus ædem simulacrumque combussit, ita ut ne vestigium quidem ejus superesset. Ea re impius ille perculsus, insidiisque Christianorum factum putans, sacerdotes torsit variisque suppliciis affecit, ita ut etiam aliquot de iis morerentur. Hoc autem tantummodo ex iis relulit responsi, neque Christianorum neque ullius omnino hominis opera, sed igne cælitus delato ædem atque simulacrum conflagrasse. Propterea iratus magnam Antiochiæ ædem reclusit omniaque templa deprædatus est. Missi autem **537** duo comites Felix et Julianus avunculus imperatoris, cum dicerent se putavisse quamdam facultatem rerum inspectricem esse, quæ ipsos impedivisset, subsannavi eos Julianus.

Artemius porro dux Alexandriæ, qui imperium Constantio gerente magno ardore cultores falsorum numinum oppugnaverat, post multos cruciatus propter fidem Christianam capite truncatus est, et bona ejus in publicum redacta. Similiter actum cum duobus presbyteris Eugenio et Macario.

Tertio sui imperii anno Julianus multos professos Christianam religionem suppliciis affecit. Judæos quoque templum suum instaurare jussit. Quod opus cum esset inchoatum, primum venti turbo calcem disjecit supra ducenta millia modiorum. Et cum Judæi denuo opus aggrederentur, ignis ex fundamentis erumpens eos combussit. Atque ita opus illud omissum est. Impius ille Julianus scripsit

A Διερχόμενον δὲ τὸν Ἰουλιανὸν τὴν Χαλκηδόνος πόλιν, Μάρις ὁ ταύτης ἐπίσκοπος πολλὰς ὕβρεις τῷ Ἰουλιανῷ εἰς τὸν τῆς Τύχης ναὸν θύοντι κατὰ πρόσωπον ἐπήγαγε, παραβάτην ἀποκαλῶν καὶ ἀλάστορα καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης ἀλλότριον. Ὁ δὲ ἅτε φιλόσοφον προσποιούμενος ἐνὶ τὸν Μάριν ὠνείδισε λόγῳ, Ἄπελθε, λέγων, ταλαίπωρε, καὶ ἀποθρήνει τὴν σαυτοῦ τύφλωσιν· οὐδὲ γὰρ ὁ Ναζωραῖος, ὃν σὺ προσκυνεῖς, τοῦ πάθους ἰάσατο. Ἦν γὰρ ὁ Μάρις ἐπίχυσιν πεπονθώς. Ὁ δὲ ψησι πρὸς τὸν Παραβάτην· Εὐχαριστῶ τῷ Δεσπότῃ μου Χριστῷ τοῦτό μοι προνοησαμένῳ, ἵνα μὴ τὸ ἀναιδέστατον καὶ ἀσεβέστατόν σου θεάσωμαι πρόσωπον.

Οὗτος τὸν μέγαν Ἀθανάσιον τῆς Ἐκκλησίας ἐξελθεῖν ἐκέλευσε, τῶν Ἑλλήνων αὐτὸν παροξυνάντων. B Ὁ δὲ ἐξερχόμενος θαρρεῖν εἶπε Χριστιανοῖς τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ δακρύουσι· θαρσεῖτε, φησί, λαὸς τοῦ Χριστοῦ νεφύδριόν ἐστι, καὶ παρέρχεται.

Διάγων δὲ Ἰουλιανὸς ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ συνεχῶς ἐν Δάφνῃ ἀνιὼν καὶ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος θεραπεύων εἴδωλον (ἦν γὰρ ἐκεῖσε θαυμαστὸν ἔργον Βρύξιδος ἀγαλματοποιοῦ, ὃ μήτις ἄλλος ἴσχυσεν ἐκμιμήσασθαι), παρ' αὐτοῦ χρησμὸν ἐζήτει, ἀλλ' οὐδεμιᾶς ἀποκρίσεως ἔτυχε. Νομίσας δὲ ὅτι διὰ τὰ ἐν τῇ Δάφνῃ ἀποκείμενα λείψανα τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος (14) Βαβύλα ἀποστιωπᾷ, ἐκέλευσεν ἅπαντα μετατεθῆναι. Οὗ γενομένου ἀθρόως πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατελθὸν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ τόν τε ναὸν κατέφλεξε καὶ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἄγαλμα, ὥστε μηδὲ ἴχνος αὐτοῦ φανῆναι. Ἐκπλαγεὶς οὖν ἐπὶ τούτῳ ὁ μιαρὸς, καὶ νομίσας κατ' ἐπιβουλὴν Χριστιανῶν γενέσθαι, ἐπ' ἐξέτασιν τῶν ἱερέων ἐχώρει. Καὶ παντοίως τιμωρησάμενος ὥστε καί τινας αὐτῶν ἀποθανεῖν, τοῦτο μόνον ἤκουσε παρ' αὐτῶν, ὅτι οὔτε ὑπὸ Χριστιανῶν οὔθ' ὑπὸ ἄλλης ἀνθρωπίνης ἐπιβουλῆς, ἀλλ' ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πῦρ κατελθὸν ἐνέπρησε καὶ τὸν ναὸν καὶ τὸ ἄγαλμα. C Θυμωθεὶς οὖν ὁ Παραβάτης καὶ θεομάχος τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν Ἀντιοχείας ἀπέκλεισε καὶ πάντα τὰ ἱερὰ ἐσύλησε. Τῶν δὲ ἀποσταλέντων κομήτων Φήλικος καὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ θείου αὐτοῦ λεγόντων, ὅτι, Ἐνομίζομεν ἐποπτικήν τινα εἶναι δύναμιν τὴν κωλύσασαν ἡμᾶς, ὁ μιαρὸς ἐπετώθαζεν.

Ἀρτέμιος δὲ ὁ δοὺξ Ἀλεξανδρείας, ἐπειδήπερ ἐπὶ τοῦ Κωνσταντίου ζῆλον πολὺν ἐνεδείξατο ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατὰ τῶν εἰδωλολατρούντων, ἐδημεύθη τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς μετὰ πολλὰς βασάνους ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως. Ὁμοίως δὲ καὶ δύο πρεσβύτεροι, Εὐγένιος καὶ Μακάριος.

D [P. 307] Τῷ τρίτῳ ἔτει τούτου πολλοὺς τιμωρησάμενον καὶ μάρτυρας ποιήσας, καὶ τὸν τῶν Ἰουδαίων ναὸν οἰκοδομηθῆναι προστάξε. Καὶ τοῦ ἔργον ἐγχειρισθέντος, τὰ μὲν πρῶτα λαίλαψ τὴν τε ἄσβεστον ἐξεφόρτισεν ὑπὲρ μυριάδας εἴκοσι μοδίων οὖσαν, τῶν δὲ Ἰουδαίων ἔτι τῷ ἔργῳ ἐπιχειρούντων πῦρ ἐξελθὸν τῶν θεμελίων τούτους κατέκαυσε, καὶ οὕτω τοῦ ἔργου ἐπαύσαντο. Οὗτος ὁ δυσσεβὴς καὶ τὴν τῶν θείων

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(14) Pontifices simul ac martyres ἱερομάρτυρας Ecclesia Græca nuncupat. Goar.

Εὐαγγελίων ἀνατροπὴν ἔγραψεν· ἣν ὁ μέγας Κύριλλος Ἀλεξανδρείας καὶ ἄλλοι φιλόχριστοι ἐπηνωρθώσαντο. Καὶ πᾶσαν δὴ ἄλλην Γραφὴν αὐτός τε καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῦ διέβαλον· ὑπὸ δὲ τῶν ὀρθοδόξων ἐξεβλήθησαν τὰ τούτων νοθεύματα.

Ἐπὶ τούτοις ὤφθη ὁ θεῖος σταυρὸς ἐν τῷ οὐρανῷ φωτοειδῶς κυκλούμενος ὑπὸ στεφάνου φωτεινοῦ, ἀπὸ τοῦ Γολγοθᾶ ἕως τοῦ ἁγίου ὄρους τῶν Ἐλαιῶν, λαμπρότερος μᾶλλον ἢ ἐπὶ Κωνσταντίου· αὐτομάτως δὲ τοῖς ἁπλώμασι τῶν θυσιαστηρίων καὶ βίβλοις καὶ ἄλλοις ἐσθήμασιν, ἀλλὰ καὶ ἐν ἱματίοις οὐ μόνον Χριστιανῶν, ἀλλὰ καὶ Ἰουδαίων, ἐπεπόλαζε τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ, οὐ μόνον ἐν Ἱεροσολύμοις, ἀλλὰ καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσι· καὶ ὃν ἀναισχύντως ἠπίστουν Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες, εὕρισκον ἐν τοῖς ἱματίοις αὐτῶν. Ἔν τισι δὲ καὶ ἐμελάνιζον. Ἰουλιανὸς δὲ μαντείαις καὶ θυσίαις καὶ ἐπῳδαῖς δαιμόνων καὶ ἀπάταις φραξάμενος, ὡς φησιν Ἀγαθίας, κατὰ Περσῶν ἐστράτευσεν, ὅτε καὶ χρησμὸν ἔλαβεν ἔχοντα οὕτως· Νῦν μὲν πάντες ὁρμήθημεν θεοί, νίκης τρόπαια κομίσασθαι παρὰ θηρὶ ποταμῷ. Τῶν δὲ ἐγὼ ἡγεμονεύσω θοῦρος πολεμήκλονος Ἄρης. Ἐν δὲ τῷ εἰσιέναι αὐτὸν ἐπὶ Περσίδα, ἐν οἰκίᾳ τινὸς γυναικὸς Χριστιανῆς εὑρέθη ὑδρίσκη ὕδατος ἑστῶσα πλήρης, ἥτις καὶ αὐθρόως εἰς οἶνον γλυκὺν βράζοντα μετεβλήθη. Ἴσως δὲ τοῦτο σύμβολον ὤπται τῆς ἐπὶ τὸ ἥδιστον τῶν πραγμάτων μεταβολῆς διὰ τὴν τοῦ τυράννου μετὰ μικρὸν καταστροφήν. Στρατεύσας γὰρ ἐπὶ Πέρσας ἐδελεάσθη ὑπό τινων αὐτομόλων ἐμπρῆσαι τὰς ναῦς. Εἶτα δι' ἐρημίας καὶ ἀνωμάλων χωρίων τὴν πορείαν ποιούμενος ἐφ' ἱκανὸν, πάντων ἀπολελοιπότων τῶν χρειωδῶν καὶ τῶν ἀναγκαίων, καὶ πολλὰ ταλαιπωρησάντων τῶν μετ' αὐτοῦ, ἐπειδὴ καιρὸς τοῦ πολέμου ἀφίκετο, περιερχόμενος ἀνὰ τὸ στρατόπεδον καὶ διατασσόμενος ἐπλήγη δόρατι ἀφανῶς εἰς τὰ ὑποχόνδρια, ὥστε ἀνιμῶξαι αὐτόν. Καὶ τῇ χειρὶ τοῦ αἵματος λαβόμενος ἔῤῥαινεν εἰς τὸν ἀέρα, λέγων· Νενίκηκας, Χριστὲ· κορέσθητι, Ναζωραῖε. Καὶ οὕτως τὴν μιαρὰν αὐτοῦ ψυχὴν ἀπέῤῥηξε, πολλὰ δυσφημήσας εἰς τοὺς ἑαυτοῦ θεούς, ἀπατεῶνας καὶ πλάνους καὶ ψεύστας ἀποκαλῶν. Οὗ [P. 308] τὸ δύστηνον σῶμα ἀπεκομίσθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἐτέθη ἐν λάρνακι πορφυρᾷ κυλινδροειδεῖ, ἐν ᾧ ἐπέγραψεν (13) ἔλεγεῖον τόδε·

Κύδνῳ ἐπ' ἀργυρόεντι, ἀπ' Εὐφρήταο ῥοάων
Περσίδος ἐκ γαίης, ἀτελευτήτῳ ἐπὶ ἔργῳ
Κινήσας στρατιὰν, τόδ' Ἰουλιανὸς λάχε σῆμα,
Ἀμφότερον βασιλεὺς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής.

Τοῦ δὲ μετ' αὐτὸν βασιλεύσαντος Ἰοβιανοῦ τὴν ἀλουργίδα ὄπισθεν περιπατοῦντος ἀκουσίως πατήσαντος ἐν τῷ ἐπικλινῇ τινα κατιέναι τόπον, ἐπιστραφεὶς Ἰουλιανὸς καὶ τὸ συμβὰν κρίνας αὐτὸν μετ' ἐκεῖνον τῆς βασιλείας κρατήσειν, ἔφη· Εἴθε, κἂν γοῦν ἄνθρωπος.

A eliam Evangeliorum depravationem; quæ magnus Cyrillus Alexandriæ episcopus aliique Christiani correxerunt. Omnes autem sacras Litteras Julianus ejusque similes corrupere; quorum adulterinam scripturam pii deleverunt.

Eo tempore in cœlo lucida crux apparuit, cincta lucida corona, a Golgotha usque ad montem Olearum pertinens, splendidior quam sub Constantio. Porro autem crucis signum in altarium mappis, libris ac **538** vestimentis. Tum in vestibus non Christianorum modo, sed et Judæorum exstiterunt cruceis signa, neque Hierosolymæ tantum, sed Antiochiæ etiam atque aliis in urbibus. Et quem impudenter negabant Judæi atque Græci, eum signatum in suis vestibus reperiebant. Cruces istæ apud
B quosdam fuerunt nigræ. Interim Julianus valiciniis, sacrificiis, incantationibus dæmonum atque fallaciis munitus, ut ait Agathias, in Persas movet. Inter alias tale etiam oraculum ei redditum erat:

Jam nunc ad Tigrin fluvium proficiscimur omnes
Cœlicolæ, et regi præclara tropæa paramus.
Mars ipse ad pugnam superos ego duco Gradivus.

Intrante eo Persidem situla aquæ plena in domo mulieris cujusdam Christianæ inventa est: ea aqua subito in vinum suave ac ubertim fluens transiit. Quod videtur fuisse signum rerum in optimum statum mutationis, paulo post, morte tyranni, eventuræ. Is cum in Persas expeditionem fecisset, transfugarum quorumdam suasu deceptus naves suas combussit, atque inde longo itinere per soli-
C tudines et iniqua loca facto omnibus necessariis rebus carere cœpit, magna exercitus miseria. Ut tempus pugnæ appetiit, dum aciem circuit atque instruit, hasta incerto auctore hypochondria vulneratur. Ibi ejulatum tollens sanguinem suum cava manu exceptum in aerem sparsit, dicens: Vicisti, Christe; satiare, **539** Nazarene. Atque ita scelestam suam animam exspiravit, cum prius deos suos multis maledictis procidisset, impostores eos et mendaces dictitans. Cadaver ejus miserum Cpolim allatum, repositumque est in arca porphyretica cylindri forma, eique inscriptum tale carmen:

D *Incassum bello Persas aggressus inani*
Rex idem bonus et fortis bellator in armis
Julianus, tumidis jacet hic Euphratis ab undis,
Qua volvit Cydnus turgentem argenteus amnem,
Advectus, tumuloque sub hoc post fata quiescit.

Julianus, cum ejus aliquando purpuram declivi loco ambulantis Jovianus imprudens pede calcasset, conversus, conjiciensque cum sibi in imperio successurum, Esto, inquit, dummodo homo sit.

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(13) Locus mutilus; Tarsi enim hoc epitaphium ei factum est, quod vel Cydni mentio docere possit, si Zonaræ non moveremur auctoritate. XYL.

Jovianus imperavit menses 9, dies 15. Erat tribunus militum, homo mansuelissimus et verus Christianus. Ab universo exercitu imperator est dictus, quo loco Julianus periit. Fuit procero corpore, adeo ut nulla regia vestis ei convenerit. Post unicum conflictum pacem veluti divinitus conciti inclamaverunt et Romani et Persæ, et pax ad triginta annos est confirmata. Jovianus autem imperium recusavit, negans se imperare posse exercitui Græcam religionem amplexo. At milites uno ore clamorem sustulerunt : Christiani sumus, augustissime imperator. **540** Edicta ergo per totum Romanum imperium emisit, quibus ecclesias Dei restitui juberet, Christianosque exsulantes revocaret. Ab Athanasio etiam per litteras petiit ut is inculpatæ fidei doctrinam accurate sibi scripto consignaret. Quo facto majorem in modum est in fide Christiana confirmatus. Reversus Antiocheam multas arcas in regia invenit capitibus humanis plenas multosque puteos cadaveribus humanis oppletos : quippe innumeras Julianus prægnantes mulieres dissecuerat, earumque fœtuum jecinora inspexerat, multosque infantes jugulatos infra simulacra defoderat. Quin et albos ac rufos equos aliaque varia animantia soli, igni, ventis aliisque dæmonibus suis immolaverat. Itaque non est incredibile, quod fertur, terram ejus sepulti cadaver ejecisse, idque impurorum animalium ossibus permistum fuisse humatum, ea re demonstrante hominem et a diis et ab hominibus alienum fuisse. Cæterum Jovianus Antiochea Cpolim proficiscens, cum Ancyram Galatiæ urbem attigisset, unius diei iter progressus Dadastana oppidum pervenit. Ibi cum obdormivisset in cellula receus incrustata, calce gravem vaporem edente, subito est suffocatus eo vapore. Alii fungi venenati esu exstinctum aiunt. Uxor ejus fuit Charito, quæ cum imperatorem non vidit.

Ἰοβιανὸς ἐβασίλευσε μῆνας θ', ἡμέρας ιε'. Οὗτος χιλίαρχος ἦν, ἀνὴρ πραότατος καὶ ὀρθόδοξος Χριστιανός, ὃς ὑπὸ παντὸς τοῦ στρατοῦ βασιλεὺς ἀνηγορεύθη ἐν ᾧ τόπῳ ὁ Παραβάτης ἀνῃρέθη. Ἦν δὲ τὴν ἡλικίαν εὐμήκης, ὥστε μηδὲ ἓν τῶν βασιλικῶν ἱματίων ἁρμόζειν αὐτῷ. Μετὰ μίαν δὲ συμβολὴν τοῦ πολέμου εἰρήνη ὡς ἀπὸ θεοῦ συμφώνως ἀνεβοήθη ὑπό τε Ῥωμαίων καὶ Περσῶν, καὶ ὡρίσθη ἔτη λ'. Ὁ δὲ παρῃτεῖτο τὴν βασιλείαν, λέγων μὴ δύνασθαι αὐτὸν ἄρχειν στρατοῦ ἑλληνίσαντος. Πρὸς ὃν πάντες ὁμοφώνως ἐβόησαν· Χριστιανοί ἐσμεν, αὐτοκράτωρ τρισαύγουστε. Ὅθεν νόμους ἐξέπεμψεν εἰς πᾶσαν τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων γῆν εἰς περιποίησιν τῶν τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν, καὶ τοὺς ἐν ἐξορίᾳ Χριστιανοὺς ἀνεκαλέσατο, γράψας καὶ τῷ ἱερῷ Ἀθανασίῳ σημῆναι αὐτῷ ἐγγράφως τῆς ἀμωμήτου πίστεως τὴν ἀκρίβειαν· οὗ γενομένου βεβαιότερος εἰς ὀρθοδοξίαν γέγονεν. Οὗτος ὑποστρέψας ἐν Ἀντιοχείᾳ πολλὰς κιβωτοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις εὗρε κεφαλῶν ἀνδρῶν πεπληρωμένας, πολλὰ δὲ φρέατα νεκρῶν σωμάτων ἀνθρωπίνων πλήρη· καὶ γὰρ μυρίας μὲν γυναῖκας κατὰ γαστρὸς ἐχούσας ἀνατεμὼν ὁ Ἰουλιανὸς ἐν τοῖς αὐτῶν ἐμβρύοις ἡπατοσκόπει, καὶ παιδία δὴ πολλὰ κατασφάττων ὑπὸ τὰ εἴδωλα κατώρυττεν. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἵππους λευκοὺς καὶ πυρρούς καὶ ζώων εἴδη πολλὰ τῷ τε ἡλίῳ καὶ πυρὶ καὶ τοῖς ἀνέμοις καὶ πᾶσιν αὐτοῦ τοῖς δαιμονίοις ὁ ἀνάγιστος ἔθυεν. Ὅθεν οὐδὲν ἄπιστον καὶ ταφέντα τοῦτον τῆς γῆς ἀναῤῥίπτεσθαι. Διὸ καὶ ἀκαθάρτων ζώων ὀστέοις συμμίξαντες αὐτὸν κατώρυξαν, τὴν πρὸς θεὸν καὶ ἀνθρώπους ἀλλοτρίωσιν αὐτοῦ δεικνύντος τοῦ πράγματος. Ἐξ Ἀντιοχείας δὲ Ἰοβιανὸς ἐπὶ Κωνσταντινούπολιν ὁρμώμενος, ἐλθὼν ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας ὕπατος προῆλθε. Φθάσας δὲ ἐν πρωτείῳ Δαδαστανῷ ἐκοιμήθη ἐν οἰκήτορι νεοστὶ κεκονιμένῳ, τῆς δὲ ἀσβέστου βαρὺν ἀτμὸν ἀναδιδούσης αἰφνίδιον ἐτελεύτησεν, ἀποπνιγεὶς [P. 309] ἀπὸ τῆς καύσεως. Ὡς δέ τινες γράφουσι, μύκητα πεφαρμαγμένον φαγὼν ἀπέθανεν. Τούτου γυνὴ Χαριτὼ, ἥτις οὐδὲ βασιλέα αὐτὸν ἐθεάσατο.

Valentinianus ab exercitu est imperator dictus Nicææ, quæ est **541** urbs Bithyniæ. Imperavit annos 13. Ad imperium cum evexit, quod sub Juliano in exsilium actus fuerat ob confessionem fidei Christianæ. Fuit corpore magno, ruber, rufo crine, oculis pulchris et aliquantulum cæsiis. Itaque multi dicebant cum Davidi similem esse : nam et hunc Scriptura ait rufum fuisse et oculis pulchris præditum. Austeritati ejus laudem conciliavit justitia atque admirationem : non enim temere austeritatem adhibebat, sed primam semper justitiæ rationem ducebat, ab eaque se nullam rem dimovere patiebatur. Quæ semel decrevisset, non

Οὐαλεντινιανὸς ἀνηγορεύθη ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας παρὰ τοῦ στρατοῦ, ὃς ἐβασίλευσεν ἔτη ιγ', διὰ τὸ εὐδοκιμῆσαι αὐτὸν ἐν τῇ ὁμολογίᾳ ὡς Χριστιανὸν ἐπὶ Ἰουλιανοῦ καὶ ἐξορισθῆναι. Ἦν δὲ τῷ σώματι εὐμεγέθης, τὴν χροιὰν ἐρυθρὸς, τὴν τρίχα τῆς κεφαλῆς ἐπίξανθον ἔχων, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὡραίους, μικρὸν ἐπιγλαυκίζοντας, ὡς λέγειν πολλοὺς (16) παρόμοιον εἶναι τῷ Δαβὶδ, καθώς φησιν ἡ Γραφὴ περὶ ἐκείνου· Καὶ αὐτὸς ἦν πυῤῥάκης μετὰ κάλλους ὀφθαλμῶν. Οὗ καὶ τὸ αὐστηρὸν διὰ τὸ δίκαιον ἐπῃνεῖτο καὶ ἐθαυμάζετο· οὐ γὰρ ἄνευ λόγου τὸ αὐστηρὸν ἐκέκτητο, ἀλλ' ἀεὶ τῷ δικαίῳ τὰ πρῶτα παρεῖνεν, ὑπ' οὐδενὸς ἐκ τούτου περιτρεπόμενος, οὐδὲ

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(16) In margine : Τοιουτόν τε, τρισαύγουστε Ἰσάακιε, ὁ καθ' ἡμᾶς χρόνος ἐγνώρισε, κἂν ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς προτερήμασιν ἔχεις τὸ ἀπαράμιλλον. Loquitur nimirum de Isaacio Comneno qui æqualis fuit Henrici quarti, annis abhinc circiter quingentis. Quod adnotavi, ut cum satis constet verba hæc non ipsius esse Cedreni, sed librarii, appareat codicem exemplari ipso non multis annis fuisse recentiorem. XYL.

μετατιθέμενος ἐξ ὧν ἅπαξ ἐβουλεύσατο. Μετὰ δὲ τὸ εἰσελθεῖν εἰς τὸ Βυζάντιον, ἐπεί τινες ἠξίουν συγκοινωνὸν προσειλῆφέναι τῆς βασιλείας, ἔφη· Λήψομαι ὃν ἂν ἐθέλω κοινωνόν. Πρὸς ὃν Δαγλάιφος συγκλητικὸς ἀπεκρίνατο· Εἰ τοὺς σοὺς φιλεῖς, ἔχεις ἀδελφόν· εἰ δὲ τὴν πολιτείαν, σκόπησον ὅτῳ ἂν τὴν ἁλουργίδα περιβαλεῖς. Ὁ δὲ τῇ φύσει μᾶλλον πιστεύσας τὸν ἀδελφὸν Οὐάλεντα προσελάβετο, καὶ βασιλέα ποιήσας τὰ Ἀνατολικὰ μέρη αὐτῷ ἀπένειμεν, αὐτὸς δὲ κατέσχε τὰ Δυτικά. A

Τῷ πρώτῳ ἔτει αὐτοῦ Οὐαλεντινιανὸς ὁ Αὔγουστος Γρατιανὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀνηγόρευσε. Συνόδου δὲ ἐν Λαμψάκῳ γενομένης καὶ τὰ τῶν Ἀρειανῶν ἀκυρωσάσης, ἐπεὶ Οὐάλης ὁ δυσσεβὴς Ἀρειανὸς διάπυρος ἦν, τὰ ἐν Λαμψάκῳ πραχθέντα ἀνέτρεψε καὶ τοὺς συνελθόντας ἐκεῖσε ἐπισκόπους ἐξώρισεν, Εὐδοξίῳ δὲ ὁμόφρονι αὐτοῦ τὰς τῆς Κωνσταντινουπόλεως Ἐκκλησίας παρέδωκεν· οἱ δὲ ὀρθόδοξοι οὔτε ποιμένα οὔτε ἐκκλησίαν εἶχον. Πρὶν ἢν βασιλεῦσαι Οὐαλεντινιανὸς, παρὰ Σαλουστίου τινὸς ἐχρηματίσθη· ὁ δὲ ὑπέσχετο μηδενὸς ἀποτεύξεσθαι ὧν ἐκεῖνος δέοιτο· Γενομένου δὲ βασιλέως καὶ ἀπαιτουμένου ὑπ' αὐτοῦ τὴν ἐπαρχίαν, χρῆν ἔφη μὴ δεῖν τὶν τῶν ἐπαγγελιῶν φυλάττεσθαι πίστιν, ὅταν τοῦτο βλάβην φέρῃ τῇ πολιτείᾳ. Τούτῳ τῷ ἔτει ἐγεννήθη παιδίον νεκρὸν θηλυκὸν ἔξω τῆς πόλεως Ἀντιοχείας, ἔχον δύο κεφαλὰς, διωρισμένας ἀπὸ τοῦ τραχήλου. B

Τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας Οὐαλεντινιανοῦ Λιβέριος ἐπίσκοπος Ῥώμης· Ἀθανάσιος Ἀλεξανδρείας, Μελέτιος Ἀντιοχείας, καὶ ὁ Σαμοσάτων Εὐσέβιος, τῆς ἐξορίας ἀνακληθέντες, ἐν τῷ ὀρθῷ λόγῳ διέτριβον. Τῶν δὲ Ἀρειανῶν προίστανται ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Λούκιος, Ἀντίοχος καὶ Εὔζοϊος. Παυλῖνος δὲ τοῦ ἑνὸς μέρους τῶν ὀρθοδόξων εἰς δύο διῃρημένων, καὶ τοῦ ἄλλου Μελέτιος προέσταντο. C

Τῷ [P. 310] τρίτῳ ἔτει Προκόπιος ἀντῆρεν, ἀνεψιὸς Ἰουλιανοῦ, καὶ ἐπὶ Νακωλίας (17) ἐλθὼν καὶ πλείστῳ στρατῷ φραξάμενος φόβον ἐνεποίησε τῷ Οὐάλεντι. Καὶ τὸν κατὰ τῶν Ἐκκλησιῶν διωγμὸν ἀνῆκεν πρὸς βραχὺ, ἕως Προκόπιον προέδωκαν οἰκεῖοι στρατηγοὶ Ἄγγελος καὶ Γόμαρις. Καὶ τὸν μὲν Προκόπιον εἰς δύο καταδεθέντα δένδρα βιαίως κατεμερίσατο, τοὺς δὲ αὐτὸν προδόντας ἔπρισε κατὰ δίκαιον κρῖμα τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἀναξίῳ ἐνόησαν. Τότε καὶ Χαλκηδόνος τὰ ὑπολειφθέντα τείχη καθεῖλεν, ὑπερανπιζομένων τῶν Χαλκηδονίων τοῦ Προκοπίου· ὥνπερ καταλυομένων εὑρέθη εἰς τὰ θεμέλια ἐπὶ πλακῶς γεγραμμένος Χρησμὸς οὗτος· D

Ἀλλ' ὅτε δὴ νύμφαι ἱερὴν κατὰ ἄστυ χορείην
Τερπόμεναι στήσονται εὐστεφέας κατ' ἀγυιάς
Καὶ τεῖχος λουτροῖσι πολύστονον ἔσσεται ἀλκαρ,
Δὴ τότε μυρίη φῦλα πολυσπερέων ἀνθρώπων,
Ἄγρια, μαργαίνοντα, κακὴν ἐπειμένα ἀλκὴν,

mutabat. Ingressus Byzantium, cum eum nonnulli hortarentur, ut collégam imperii asciscerel, respondit : Collegam assumam quem voluero. Daglaipho autem senatore dicente : Si tuos diligis, habes fratrem : sin rem publicam, vide cui purpuram circumponas ; imperator natura plus fidens fratrem Valentem imperii consortem delegit, eique Orientem tribuit, ipse Occidentem tenuit.

Primo anno sui imperii Valentinianus Gratianum filium suum Cæsarem declaravit. Cumque concilium Lampsaci esset actum et Arii dogma improbasset, impius Valens, qui Arianus fervidissimus erat, acta concilii ejus rescidit, episcopos qui eo convenerant extorres egit, Cpolitanum episcopatum Eudoxio secum sentienti tribuit, Christianis tum et templis et pastore destitutis. Antequam imperator fieret Valentinianus, **542** a Sallustio quodam pecunia fuit adjutus, promisitque ei omnia. Imperator autem factus, cum ab eo provinciam postularet, respondit promissis non esse standum, ubi res ad detrimentum spectaret rei publicæ. Eo anno infans extra urbem Antiocheam natus est, sed vita carens, sexus feminei, habens duo capita a collo divisa.

Anno imperii Valentiniani secundo Liberius Romæ, Athanasius Alexandriæ et Eusebius Samosatorum episcopi ab exsilio revocati veræ fidei doctrina claruerunt. Arianis Alexandriæ præfuerunt Lucius Antiochus et Euzoius. Christianis in duos greges divisis, alterum Paulinus, alterum Meletius rexit.

Tertio anno Procopius consobrinus Juliani seditionem movit, maximoque cum exercitu ad Nacoliam usque progressus Valenti terrorem incussit. Quæ res ejus contra Ecclesiam furores aliquantum repressit. Mox a suis ducibus Angelo et Gomare Procopius proditus fuit, et a Valente duabus arboribus alligatus violenter discerptus. Idem proditores serra dissecuit, divina eos vindicta insequente, quod homini indigno favissent. Chalcedonis quoque, quod cives Procopium tutati essent, **543** reliquos muros dejecit. Quibus prostratis ad fundamenta repertum est oraculum hoc tabulis inscriptum :

Cum sertis redimita sacra per compita ducent
Urbis lætitia Nymphæ exhortante choreas,
Auxiliumque ferent muri cum triste lavaeris,
Tum savi vario populi sermone loquentes,
Immensa turba, crudeli robore freti,

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(17) Ita (*Natolia*) vocatur Agiæ pars quæ Propontide et Hellesponto ab Europa dirimitur, in qua est etiam Bithynia. XYL. — *Minorem Asiam* perperam hic intelligi putat Xylander, quæ Græcis Ἀνατολή, Turcis *Anatolai*, aliis *Natolia* corrupte dicitur. Errandi præbuit ansam prava vocum affinitas, quam sincerior emendabit, si vice Νατωλίας legatur Ναχολίας. Ad eam enim Phrygiæ civitatem, ad Sangarim sitam, Procopius Valenti occurrit, ibidemque conseruerunt manus utriusque acies. Marcellinus XXVI: *Valens castra promovit ad Phrygiam, et prope Nacoliam collatis manibus*, etc. Vide Leunclavii Onomasticon v. *Enagiol.* GOAR.

Cimmerium armati transmittent protinus Istrum
Vastabuntque agros Scythicos et Mysida terram.
Post ubi Treïcios spes turbida tangere fines
Jusserit, exitio mox consumentur atroci.

A Ἴστρου Κιμμερίοιο πόρον διαβάντα οὐν αἰχμῇ
Καὶ Σκυθικὴν ὀλέσει χώραν καὶ Μυσίδα γαῖαν.
Θρηϊκίης δ' ἐπιβάντα σὺν ἐλπίσι μαινομένῃσιν
Λύτοῦ κεν βιότοιο τέλος καὶ πότμον ἐπίσποι.

Omnia ea impleta sunt. Nam victo Procopio Valens reversus magnifico urbem aquæductu exornavit, quem Valentem appellavit, unde magna aquæ copia urbi fuit. Ac tunc præfectus urbis gaudium ejus beneficii causa obortum ut ostenderet. Nymphæum condidit in Tauro magnitudine urbis dignum, diemque festum egit, ac populum convivio excepit. Neque multo post barbaricæ gentes, ut in oraculo erat, in Thraciam effusæ ibique consumptæ sunt. Rursum Valens inde Ecclesiam infestat. Terræ motus tunc per totum orbem ingens fuit, adeo ut ad littus Alexandriæ subductæ naves supra magnum murum fuerint elatæ. Et nautæ 544 narraverunt, cum medium Adriaticum mare navigarent, naves ipsorum ad fundum desedisse moxque reversa aqua navigationem confecisse.

Καὶ δὴ εἶχεν ἅπαντα οὕτως. Ὡς δὲ μετὰ τὴν νίκην Προκοπίου ἐπανῆλθεν Οὐάλης, φιλοτιμεῖται τὴν πόλιν ὑδάτων πλήθει, κατασκευασάμενος ὀλκὸν ἣν Οὐάλεντα ὠνόμασε. Καὶ ὁ τότε τῆς πόλεως ἔπαρχος τὴν ἐκ τοῦ γεγονότος τῇ πόλει χαρὰν ἐπιδεικνὺς, νυμφαῖον κατασκευασάμενος ἐν τῷ Ταύρῳ (18) τῷ μεγέθει τῆς πόλεως ἄξιον, ἱερομηνίαν ἐπετέλεσεν (19), εὐωχήσας ἅπαντα τὸν λαὸν. Καὶ τούτοις οὐ μακρὰν τὰ ἐκ τῶν Βαρβάρων ἠκολούθησεν ἔθνη, καθὼς τὸ γράμμα ἐχρησμολόγησεν, ἐπιχυθέντων μὲν τῇ Θρᾴκῶν, μετὰ δὲ ταῦτα διαπαντηθέντων περὶ αὐτήν. Καὶ πάλιν κατὰ τῶν Ἐκκλησιῶν Οὐάλης κινεῖται. Σεισμὸς δὲ γέγονε καθ' ὅλης τῆς γῆς μέγας, ὡς καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πλοῖα προσωρμισμένα τῷ αἰγιαλῷ ἐπάνω γενέσθαι τῶν μεγάλων τειχῶν. Ναυτικοί δέ τινες ἐξηγήσαντο ὡς κατ' ἐκείνην τὴν ὥραν μέσον πλοῖα, καὶ μετὰ βραχὺ πάλιν ἐλθεῖν τὸ ὕδωρ, καὶ

B τοῦ Ἀδρία πελάγους πλεύντων εἰς τοὐδαφος καθίσαι τὰ οὕτω πλεύσαι.

Quarto anno aquæductum exstruxit, cui Valentiniano nomen est. Valentinianum accessit mulier, Berenice nomine, conquerens suas facultates sibi esse a Rodano præposito ereptas. Imperator causa cognita mandavit ut mulieri sua redderentur. Cum autem præpositus non faceret imperata, rursus Valentinianum in Circo mulier compellavit ac de contumacia præpositi retulit. Eum imperator rogo in funda exstructo, ut erat vestitus, comburi jussit, mulierique ejus bona omnia adjudicavit.

Τῷ δι' ἔτει τὸν ἀγωγὸν τοῦ ὕδατος οἰκοδομεῖ ὃν Οὐαλεντινιανὸν ὠνόμασε· Τούτῳ τῷ Οὐαλεντινιανῷ γυνὴ προσῆλθε, Βερενίκη λεγομένη, λέγουσα ὑπὸ Ῥοδανοῦ πραιποσίτου διαρπαγῆναι τὴν οὐσίαν· οὓς κρίνας ὁ βασιλεὺς ἀποδοθῆναι αὐτῇ τὰ ἴδια προσέταξε. Τοῦ δὲ πραιποσίτου μὴ πειθομένου προσῆλθεν ἡ γυνὴ τῷ βασιλεῖ ἐπὶ ἱπποδρομίου, καὶ τὴν ἀπείθειαν ἐξεῖπε τῷ βασιλεῖ. Κελεύει οὖν ὁ βασιλεὺς πυρὰν ἐν τῇ σφενδόνῃ ἀναφθῆναι καὶ τὸν πραιπόσι-

C τον (20) [P. 311] αὐτοῖς ἀμφίοις (21) ἐν αὐτῇ κατακαῆναι, τῇ δὲ γυναικὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ πᾶσαν ἀποδοθῆναι.

Quinto anno Valens cum Eudoxio Græcorum causa Christianos acerbius quam ante persecutus est.

Τῷ ε' ἔτει Οὐαλεντινιανοῦ χείρονα διωγμὸν Οὐάλης μετὰ Εὐδοξίου τοῦ ἀσεβοῦς ὑπὲρ τῶν Ἑλληνιστῶν πρὸς τοὺς ὀρθοδόξους ἐποίησε.

Sexto anno Christiani ad Valentem legatos miserunt, viros pontificiæ dignitatis 23. Quos ille omnes una cum navi jussit cremari, quæ usque ad Dacibyza perduravit.

Καὶ τῷ ς' ἔτει πρεσβείαν ἀπέστειλαν οἱ ὀρθόδοξοι πρὸς Οὐάλεντα, ἄνδρας ἱερατικοὺς π' οὓς πάντας σὺν τῷ πλοίῳ ὑφαφθῆναι Οὐάλης ἐκέλευσε, καὶ πάντες σὺν τῇ νηῒ κατεφλέχθησαν, μέχρι Δακιβύζων (22) σοῦ πλοίου διαρκέσαντος.

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(18) Cum his præter historias Marcellini et aliorum gentilium conferenda sunt quæ l. VI habet *Ecclesiasticæ historiæ* Sozomenus. Apud eum proditores Procopii Agelon et Gomarius, e magno, leguntur, VI, 8. Vide et Nicephori l. XI et Socratem l. IV. Oraculum de Chalcedone ex Zonara emendavi; quod etiam apud Socratem exstat, IV, 20. Nymphæum quid sit, disputat Cuspinianus in Valente, citatque locum Zonaræ qui idem est apud Cedrenum, et meo judicio diversum sentientes refellit. — Xyl. Νυμφαῖον domus publica celebrandis nuptiarum conviviis et ludis dicata. Auctor infra, Νυμφαῖον ἐν ᾧπερ οἱ γάμοι ἐγίνοντο τῶν οὐκ ἐχόντων οἴκους. Goar.

(19) *Diem festum egit* Xylander interpretatur. At quem? quo ritu? qua de causa? Paucis expedio. Nascentis anni celebritatem, sopitis et non exstinctis ob brevius justo Joviani imperium, imo jam renovatis et excitatis gentilium ritibus, captata ex Nymphæi et aquæductus jam absoluti occasione, ceu dedicationem utriusque vetusto more habiturus et operibus perennitatem superstitiose precaturus, amplo in populum distributo congiario, urbis præfectus peregit. In sinistram hujuscemodi sententiam adducor pravo Valentis erga Christianam religionem animo et libertate gentilibus ab eo concessa, qua, ut Theodoretus IV, 22 scribit, Ἑλληνικὰς τελετὰς ἐπετέλεσαν οἱ τῇ πλάνῃ δεδουλωμένοι. Eamdemque sugillat auctor inferius anno 7. Moveor etiamnum vocis ἱερομηνίας proprietate, qua nil Christianum sapimus, quam νουμηνίᾳ et καλάνδαις a concilio Trullano can. 62 et 65 proscriptis, auctoritatem non mediocri producta congerie, præponderare docet Stephanus; quam denique celebratis Saturnalibus, antiquo ac proinde profano ritu peragi fatetur Herodianus. Τὴν ἀρχὴν τοῦ μηνὸς ἱερομηνίαν ἄγουσι τῷ τῶν Ἰταλῶν ἔθει. Goar.

(77) Id est sacrorum hymnorum sive carminum. Sic infra. Xvi, — Diversa diversis affecta nominibus Græcis cantillant in ecclesiis hymnorum genera, e quibus quamplura vocant τροπάρια, παρὰ τοῦ τρέπεσθαι, ad instar nimirum aliorum, velut sui cantus exemplarium, vertenda, sive ut aptius dicam, occinenda : *modulos* vocavi in *Euchologio*, ut ad aliorum *modum* metris compositos et *modulandos*. Carminibus quidem iisque elegantibus primitus edebantur : deinceps vero servato syllabarum numero et quantitate neglecta, pressa, rudis et austera τῶν τροπαρίων compositio evasit, cujus nihilominus auctores poetarum insigni nomine nusquam se professi sunt ex auctoratos. De tropariis et eorum poetis Allatius et Arcudius plaribus disseruerunt. Goar.

majorem in modum depraedatus erat, magnam classem emisit, collectis 1115 navibus, viris in singulas 100. In eam impensa sunt aurei sexcenties quinquagies mille, argentei nummi septingenties mille demptis quae ex serario sumpta et a Roma suppeditata sunt. Ea tamen tanta classis re infecta ne semisse quidem militum superstite, rediit, duce Iohanne, prastare exercitui leonum quem cervus ducat. Eodem anno Asparis filius patricius Cæsar a Leone creatur ac Alexandriam mittitur, quia Asparem ab secta abduxerat et sibi benevolum reddiderat.

Decimo quinto anno beatus Euthymius in Christo obdormivit, cum vixisset annos 97.

Annis sexdecim et septemdecim bellum contra Gizerichum varia fortuna gestum fuit.

Anno 17 rex Zenonis et suæ filiæ Ariadnæ filium Leonem Cæsarem declarat. Tunc etiam vestis Deiparæ virginis Hierosolymis fuit allata, inventa apud quamdam religiosissimam Hebraicam mulierem virginem. Et reliquiæ S. Anastasiæ Nicomedia allatæ inque ejus fano repositæ sunt. Eo tempore Romulus quidam Augustulus imperator Italiæ fit, annis 1060 post conditam a Romulo Romam. Itaque Occidentis imperium, quod a Romulo primum initium habuit, tanto post tempore in alio Romulo desiit.

Cum Leo junior esset Cæsar creatus et equestre spectaculum ederetur, hora diei sexta profundæ tenebræ urbem texerunt, et sub nivis specie cinere immenso pluit, nubibus quasi igne canderent apparentibus, ita ut nemo non putaret igne plueere. Cinis ad palmi altitudinem jacuit. Porro cum Leo

Α μετὰ θάνατον Μαρκιανοῦ [P. 350] λῃΐσαμένου στόλον μέγαν ἐξαπέστειλε, μυριῶν πλοῖα συναθροίσας, ἔχοντος ἑκάστου ἀνὰ ἄνδρας ἑκατόν. Εἰς ὃν κατεκενώθη χρυσίου ρ' ρ' ξέ (78) καὶ ἀργύρου ρ' ρ' ο', παρὲξ τῶν ἐκ τοῦ ταμιείου καὶ τῶν τῆς ἑσπερίας Ῥώμης διδομένων. Καὶ ὁ τοσοῦτος στόλος ἄπρακτος διὰ τὴν τοῦ στρατηγοῦντος κακοβουλίαν ὑπέστρεψεν, οὐδὲ τοὺς ἡμίσεις τῶν στρατιωτῶν σώους διαφυλάξας· ἔδειξε γὰρ τὴν γνώμην ἀληθῆ τοῦ εἰπόντος, ὅτι πρεῖσσόν ἐστι στρατόπεδον ἐλάφων ἡγουμένου λέοντος ἢ στρατόπεδον λεόντων ἡγουμένου ἐλάφου. Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει καὶ ὁ Ἄσπαρος (79) υἱὸς πατρίκιος ὢν Καῖσαρ παρὰ τοῦ Λέοντος γίνεται, καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πέμπεται διὰ τὸ ἑλκῦσαι τὸν Ἄσπαρα ἐκ τῆς Ἀρειανικῆς δόξης καὶ εὐνοεῖν ποιῆσαι τῷ βασιλεῖ.

Β Τῷ ιε' ἔτει ὁ ὅσιος Εὐθύμιος ἐν Χριστῷ ἐκοιμήθη, ζήσας ἔτη ϟζ'.

Τῷ ις' καὶ ιζ' ἔτει τὰ τοῦ Γιζερίχου πολέμου ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ συνέβαινε.

Τῷ ιζ' Λέων ὁ βασιλεὺς Λέοντα τὸν Ζήνωνος υἱὸν καὶ Ἀριάδνης τῆς ἰδίας θυγατρὸς, ἑαυτοῦ δὲ ἔγγονον, στέψας βασιλέα (80) ἀνηγόρευσε. Τότε καὶ ἡ ἐσθὴς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐξ Ἱεροσολύμων ἦλθε, εὑρεθεῖσα παρά τινι εὐλαβεστάτῃ γυναικὶ Ἑβραίᾳ παρθένῳ. Καὶ τὰ λείψανα τῆς ἁγίας Ἀναστασίας ἀπὸ Νικομηδείας ἀνεκομίσθη, καὶ ἐτέθη ἐν τῷ ναῷ αὐτῆς (81). Ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ Ῥωμύλος τις ἐπίκλην Αὐγουστάλιος (82) αὐτοκράτωρ τῆς ἐν Ἰταλίᾳ βασιλείας καθίσταται, μετὰ χίλια ὀγδοήκοντα ἔτη Ῥωμύλου βασιλέως τοῦ τὴν Ῥώμην κτίσαντος. Σημειωτέον δὲ ὡς ἀπὸ Ῥωμύλου ἡ τῆς Ἑσπέρας ἀκμάσασα βασίλεια πάλιν ὑπὸ Ῥωμύλου ἐπὶ τοσούτους ἐπαύσατο χρόνους.

C Ἀναγορευθέντος τοίνυν τοῦ μικροῦ Λέοντος, ἱππικοῦ ἀγομένου ὥρᾳ ϛ' τῆς ἡμέρας σκότος βαθὺ ἐκάλυψε τὴν πόλιν, ἀθρόον δὲ ἐν εἴδει νιφετοῦ ὕσθη κόνις, πεπυρακτωμένων τῶν νεφῶν προφανέντων, ὡς νομίζειν πάντας ὅτι πῦρ βρέχει· καὶ ἐπὶ παλαιστὴν ἐτέθη ἡ κόνις. Τοῦ δὲ βασιλέως Λέοντος ῥευ-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(78) Duplicatum ρ positum est pro porro nota centenarii, fuitque vertendum auri centenarios 65, et argenti centenarios 70. Id cum ipsa re deprehendi, tum ex repetitione hujus notæ inpra in Michaelo Paphlagone, de avaritia Theophanis metropolitæ Tessalonicei; ubi idem cum libra fuisse apparet. Neque est ignotum libram etiam minam fuisse. Repetitur postea Zoæ post Calaphatis mortem imperio, ubi memorantur centenaria 33, πεντήκοντα τρία diserte. Apud Procopium est Leonem in hoc bellum millia trecenta erogasse, l. II de bello Vandalico, apud Nicephorum XV, 2e millo et ducenta centenaria auri pondera. Hæc quam inter se et cum Cedreno consentiant, ignoro. Quodsi horum scriptorum alterutrum Græce licuisset audire, fieri poterat ut facilius divinarem. XYL. — Duo ρ', linea transversa adacta simul cum accentu utrique superposito, ρ' ρ', ex notis Græcorum arithmeticis putat Xylander significare κεντηνάρων, ab ipso millenis aureis, juxta Joannis Kahl computum, æstimatum. Erudite quidem. At ubi 65 tantum *auri centenaria* enumera, *argenti* vero 70, videat quam parva sit summa, quæ et exercitui centum millia hominum superanti et exhauriendis regiis

D erariis satis sit. Theophanes ad 1300 centenaria clare scribit ascendisse, cui consentit Procopius ab ipso Xylandro citatus, nec ab utriusque computo nisi 100 centenariis distat Nicephorus: unde mihi liquet Xylandrum 1225 centenariis vero numero aberrasse, vel male notas arithmeticas legisse. GOAR.

(79) Quod de Asparis filio sequitur, male congruit cum aliorum historicorum narratione et Zonara Nicephoroque in primis, videturque prorsus esse aliquid ex mutilatis versibus consulum. Euthymius monachus fuit, de quo hic loqui Cedrenum constat ex Nicephoro XIV, 52. XYL.

(80) Ex quo forsan profluxit mos, ut quos posteri principes collegas imperii crearent, eosdem quoque manu propria coronarent. Videndus Codinus c. XVII. GOAR.

(81) Triplici de causa templum hoc Anastasiæ nomen prætulit: unam hic auctor refert, duas alias fol. 315 memoratas reperies. GOAR.

(82) Quod *Augustulum* scripsi pro *Augustalio*, auctores correctiores secutus feci, ut et pro Berenica *Veriana*. XYL.

ματισμὸν γυστρὸς ὑποστάντος καὶ δεινοῖς κέντροις τὰ ἔνδον ἐλαυνομένου, ἤλεγξε τὸ πάθος τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἐν κινδύνοις ἄπρακτον ὑπάρχειν. Καθεζομένου γὰρ αὐτοῦ ἐπὶ τῆς ἀμίδος, κἂν τε ὄπισθεν αὐτοῦ ἦν τὸ ἐκ τοῦ πυρὸς φῶς κἄν τε ἔμπροσθεν, διὰ τῆς γαστρὸς καὶ τοῦ νώτου ἐφαίνετο. Καὶ ἐπὶ τοσοῦτον κατισχνωθεὶς ἐτελεύτησε, καὶ ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν λάρνακι πρασίνῳ ἐν τῷ ἡρῴῳ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου. Γυνὴ δὲ τούτου Βηρίνη, ἀδελφὴ Βασιλίσκου, ὃς τοῦ κατὰ Γιζερίχου σταλέντος μεγάλου στόλου ἐξῆρχε.

Λέων ὁ Ζήνωνος υἱὸς καὶ Ἀριάδνης, νήπιος ἔτι ὤν, βασιλεὺς προχειρίζεται παρὰ τοῦ πάππου αὐτοῦ Μεγάλου Λέοντος· ὃς ἐβασίλευσεν [351] ἔτος ἕν, καὶ σὺν αὐτῷ τὸν ἴδιον πατέρα Ζήνωνα, Βηρίνης καὶ Ἀριάδνης συνχαιρόντων αὐτῷ, ἐτελεύτησε.

Ζήνων Ῥωμαίων βασιλεὺς ἔτη κζ' μῆνας δ' (83), αἱρετικὸς τῆς συγχυτικῆς αἱρέσεως τῶν Ἀκεφάλων. Ἐπὶ τούτου ἐκτίσθη τὸ Ἀμμώριον. Τούτου τῷ πρώτῳ ἔτει ἐν προοιμίοις Μεσοποταμίαν μὲν Σαρακηνοί, Θρᾴκην δὲ κατέδραμον Οὖννοι, σφόδρα τοῖς πράγμασι κακῶς λυμαινομένου τοῦ βασιλέως, καὶ ἡδοναῖς ἀτόποις καὶ πράγμασι σχολάζοντος. Ἦν γὰρ ὁ Ζήνων τῆς κακίστης καὶ εἰδεχθοῦς γενεᾶς τῶν Ἰσαύρων, δασύς τε καὶ εἰδεχθέστατος, ὥσπερ Ἕλληνες ζωγραφοῦσι τὸν Πᾶνα τραγοσκελῆ καὶ δασύκνημον, τὴν χροιὰν μέλας, τὴν ἡλικίαν ἀσύμβλητος, ὀργίλος, μνησίκακος καὶ μέθου μεστός. Γυνὴ δὲ τούτου Ἀριάδνη. Βασιλίσκος δὲ ὁ Βηρινης ἀδελφὸς, ἐν Ἡρακλείᾳ διατρίβων τῆς Θρᾴκης, ἐστασίασε κατὰ Ζήνωνος· ὃν φοβηθεὶς ὁ Ζήνων σὺν Ἀριάδνῃ τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ καὶ χρήμασιν ἱκανοῖς φεύγει εἰς Ἰσαυρίαν κατὰ τι φρούριον ὀχυρὸν Οὔβαρα καλούμενον. Βασιλίσκος δὲ ἐν τῷ κάμπῳ ἀνηγορεύθη βασιλεύς, Μάρκον τε τὸν υἱὸν Καίσαρα ἐποίησε, καὶ Ζηνωδίαν τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν Αὐγοῦσταν ἔστεψε, καὶ εὐθέως κατὰ τῆς πίστεως παρετάξατο. Τούτου δὲ ἀναγορευθέντος ὁ συμβὰς ἐμπρησμὸς κατὰ τὴν πόλιν τὸ ἀνθηρότατον μέρος διέφθειρεν· ἐν γὰρ τῷ μέσῳ τῶν Χαλκοπρατίων ἀρξάμενος αὐτάς τε ἀνάλωσεν ἄμφω τὰς στοὰς καὶ τὰ προσεχῆ πάντα, τήν τε καλουμένην βασιλικήν, ἐν ᾗ ἀπέκειτο βιβλιοθήκη ἔχουσα βίβλους μυριάδας δώδεκα, μεθ' ὧν βιβλίων καὶ τὸ τοῦ δράκοντος ἕτερον ποδῶν ἑκατὸν εἴκοσιν, ἐν ᾧ ἦν γεγραμμένα τὰ τοῦ Ὁμήρου ποιήματα, ἥ τε Ἰλιὰς καὶ ἡ Ὀδύσσεια, χρυσέοις γράμμασι, μετὰ καὶ τῆς ἱστορίας τῆς τῶν ἡρώων πράξεως. Συνέφθειρε δὲ καὶ τῆς μέσης τῶν παλατίων ἐκατέρωθεν στοᾶς καὶ τῶν Λαύσου τὰ κάλλιστα ἀναθήματα· πολλὰ γὰρ τῶν ἀρχαίων ἀγαλμάτων αὐτόθι ἐνίδρυτο, τῆς Ἀφροδίτης τῆς ἐν Κνίδῳ τὸ περιβόητον, καὶ τὸ τῆς Σαμίας Ἥρας, καὶ τὸ τῆς Λινδίας Ἀθηνᾶς ἐξ ἄλλης ὕλης, ἣν Ἄμασις ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς τῷ σοφῷ Κλεοβούλῳ ἀπέστειλε, καὶ ἄλλα μυρία. Ἐπεδράμε δὲ τὸ πῦρ καὶ μέχρι τοῦ καλουμένου φόρου τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου. Διὰ τοι ταῦτα

A imperator profluvio ventris laboraret, atque intus atrocibus compungeretur cruciatibus, morbus iste demonstravit artis medicæ nullam esse in periculis efficacitatem. Quoties enim in matulam desidebat, sive ante sive post eum ignis esset, is per ventrem ejus et dorsum pellucebat. Adeoque extreme attenuatus vivendi finem fecit. Corpus **665** ejus in viridi arca repositum est in monumento Constantini Magni. Uxorem habuit Verinam, sororem Basilisci, qui magnæ classis adversus Gizerichum missæ dux fuit.

Leo Zenonis et Ariadnæ filius imperator ab avo suo Leone Magno est creatus, cum adhuc puer esset. Imperavit annum unum, impositoque diademate patri suo Zenoni, Verina et Ariadna adjuvantibus, vita defunctus est.

B Zeno imperavit annos 27, menses 4. Fuit in hæresi eorum quos Acephalos vocant, quæ naturas in Christo confundit. Sub hoc conditum est Ammorium. Hujus primo anno, ipsis imperii ejus principiis, in Mesopotamiam Saraceni, in Thraciam Hunni incursiones fecerunt, cum pessime rempublicam imperator ille corrumperet voluptatibusque et rebus absurdis esset deditus. Fuit Zeno natus pessima et insigniter deformi Isaurorum gente, hirsutus et forma turpissima, qualem Græci Panem pingunt hircipedem et crassis suris, niger, statura inconcinna, iracundus, injuriarum tenax, invidentissimus. Uxor ei fuit Ariadna. Interim Basiliscus Verinæ frater, Heracleæ, quæ est Thraciæ urbs, contra Zenonem seditionem movet. Ejus

C metu Zeno cum uxore et magnis opibus ad Isauros fugit, in castellum munitum cui nomen Ubara. Basiliscus in campo imperator salutatus Marcum filium Cæsarem **666** appellat, et Zenodiam uxorem suam Augustæ corona exornat; ac statim veræ religioni bellum facit. Hoc imperatore creato incendium florentissimam urbis partem absumpsit. Ortum enim a mediis Calcopratiis cum utramque porticum, tum contigua omnia et basilicam devoravit, in qua fuit bibliotheca librorum milia 120 continens; inter quos libros fuit etiam draconis intestinum, pedes 120 longum, cui Homeri poemata Ilias et Ulyssea aureis litteris fuerant inscripta, cum historia rerum ab heroibus gestarum. Perdidit una etiam mediæ in palatiis domus

D utramque porticum, et in Lauso pulcherrima donaria. Ibi enim multa antiquorum simulacrorum erant posita, ut statua illa nobilis Cnidiæ Veneris, itemque Samiæ Junonis, et alia ex materia Lindiæ Minervæ, quam Amasis Ægyptiorum rex sapienti Cleobulo miserat, aliaque infinita. Excurrit ignis etiam usque ad forum Constantini Magni. Eapropter in odio universorum civium fuit Basiliscus, incendiumque et eversio urbis cognominatus: nam alludebant ad basilisci serpentis nomen et

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(83) Quod Zeno dicitur imperium per annos 27 tenuisse, verum non est, sed pro κζ' scribendum κς', 17, non 27. Testes historici, et nominatim Evagrius, III, 29. XYL.

naturam. Scribit igitur ad Zenonem senatus, isque Illo, Isauris et Lycaonibus assumptis, aliisque ad novarum rerum molitionem propensis, regio cum exercitu ad urbem accedit, rursusque tyrannidem (quis enim dicat imperium?) **617** invadit. Confugerat in fanum quoddam Basiliscus: inde eum Zeno juramentis se plurimis atque maxime terribilibus obligans, educit, inque Cucusum Cappadociæ oppidum relegat, ibique cum uxore et liberis in unam turrim conclusum fame enecat. Idem Zeno Timotheum Ælurum revocavit, et Petrum Cnapheum, qui inter insomnes monachos delituerat, aliosque item hostes Chalcedonensis concilii, qui libero ore veritatem insectabantur. Ælurus Alexandrinos turbulentos, qui Byzantii tum peregrinabantur, cum ascivisset, a palatio ad templum asino vectus, cum ad Octagonum pervenisset, lapsus pedem fregit ac cum dedecore est reversus. Eum Basiliscus adhuc rerum compos cum Lypis Alexandriam miserat ut Chalcedonense concilium impugnaret. Quem ingredientem Alexandriam videntes sectatores ejus interrogarunt: Numnam, o papa, tuis hostibus buccas probuisti? Respondit ille: Omnino eis cibum ita porrexi. Petrum quoque Cnapheum Antiochiam eodem consilio ablegaverat. At Salophaciolus Timotheus Alexandriæ episcopus his auditis recessit ad monasteria Canopica suæ disciplinæ. Cnapheus simulatque potitus est episcopatu, damnationibus et tumultibus operam navavit. Inde cædes atque turbæ exsistere, propterea quod Cnapheus sanctissimo carmini adjecisset: Qui crucifixus est pro nobis. Cæterum Basiliscus generali edicto concilium Chalcedonense rejecerat. Quod idem cum juberet facere Acacium Cpolitanum episcopum, tota urbs cum mulieribus **618** et liberis in templum adversus Basiliscum convenerunt idque prohibuerunt. Acacius autem nigris vestibus sumptis solium et altare deseruit. Quo tempore etiam magnus ille Danielus, fervido Dei studio impulsus, a columna descendit Acaciique et populi concionibus adfuit.

Tertio anno Zeno Cnapheum, quia is Basilisco studebat, opera synodi Orientalis dejicit inque Pityos relegat, isque clam ad sanctum Theodorum in Euchaitis confugit. Interim Ælurus [moritur,

μισεῖσθαι τὸν Βασιλίσκον συνέβη παρὰ πάσης τῆς πόλεως, ἐμπρησμὸν ἀποκαλούντων αὐτὸν καὶ τῆς βασιλείας ἀφανισμόν· ὁ γὰρ βασιλίσκος τὸ θηρίον καὶ ὁ ἐμπρησμὸς ἰσόψηφα τυγχάνουσι. Γράφει τοίνυν ἡ σύγκλητος πρὸς Ζήνωνα, καὶ προσλαβὼν ἐκεῖνος Ἶλλόν τε καὶ τοὺς Ἰσαύρους καὶ Λυκάονας καὶ ἄλλους ὅσοι πρὸς τὰς καινοτομίας ἐπτόηνται, ἐπάνεισιν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον μετὰ χειρὸς βασιλικῆς, καὶ πάλιν τῆς τυραννίδος [P. 352] ἐπιλαμβάνεται (οὐ γὰρ λέγω βασιλείας), καὶ τὸν Βασιλίσκον ἐξαγαγὼν τῆς ἐκκλησίας ἣ πρὸ τούτου προσπέφευγε, μετὰ μυρίους ὅρκους φρικωδεστάτους ἐξορίζει ἐν Κουκουσῷ τῆς Καππαδοκίας, ἀποκλείσας δὲ εἰς ἕνα πύργον σὺν γυναικὶ καὶ τέκνοις λιμῷ διαφθείρει. Τιμόθεόν τε τὸν Αἴλουρον ἀνεκαλέσατο, καὶ Πέτρον τὸν Κναφέα κρυπτόμενον ἐν τῇ μονῇ τῶν Ἀκοιμήτων, καὶ ὅσοι ἄλλοι ἐχθροὶ τῆς ἁγίας ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ἐπαῤῥησιάζοντο κατὰ τῆς ἀληθείας. Ὁ δὲ Αἴλουρος συναγαγὼν ἀτάκτους Ἀλεξανδρεῖς ἐνδημοῦντας τῷ Βυζαντίῳ, ἐκ τοῦ παλατίου πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἦλθεν ἐποχούμενος ὄνον, καὶ τὴν Ὀκτάγωνον καταλαβὼν πτωθεὶς συνετρίβη τὸν πόδα, καὶ μετ' αἰσχύνης ἀντέστρεψε. Τοῦτον ὁ Βασιλίσκος ἔτι [αὐτοκράτωρ] ὢν μετὰ τύπων (84) εἰς Ἀλεξάνδρειαν κατὰ τῆς συνόδου ἐξέπεμψεν. Ὃν ἰδόντες εἰσερχόμενον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ οἱ σπουδασταὶ ἠρώτων· Ἐφώμισας τοὺς ἐχθρούς σου, πάπα (85); Ὁ δὲ, Ναὶ οὕτως ἐφώμισα, ἀπεκρίθη. Καὶ Πέτρον δὲ τὸν Κναφέα εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ ἄμφοτέρους κατὰ τῆς ἀληθείας ἀπέστειλεν ἐνισχύσας. Ὁ δὲ Σαλοφακίολος Τιμόθεος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας τοῦτο ἀκούσας ὑπεγώρησεν ἐν τοῖς μοναστηρίοις τοῦ Κανώπου, ὧν ἐγεγόνει καὶ τῆς ἀσκήσεως. Πέτρος δὲ ὁ Κναφεὺς καταλαβὼν τὸν θρόνον εἰς ἀναθέματα καὶ ταραχὰς ἐξώρμησεν. Ὅθεν φόνοι καὶ ταραχαὶ διὰ τὴν προσθήκην τοῦ Τρισαγίου γεγόνασιν· αὐτὸς γὰρ πρωτέθεικε τὸ, Ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς. Βασιλίσκος δὲ τύπῳ γενικῷ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἐξέβαλεν, Ἀκάκιον τὸν Κωνσταντινουπόλεως κελεύσας τὸ αὐτὸ ποιεῖν. Ἀλλ' ἡ πόλις ἅπασα σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις εἰς τὴν ἐκκλησίαν κατὰ Βασιλίσκου ἐλθόντες τοῦτον ἐκώλυσαν. Ἀκάκιος δὲ μελανειμονήσας τὸν μέγας δι' ἔνθεον ζῆλον ἀποβὰς τοῦ στύλου Ἀκακίῳ τε καὶ τῷ λαῷ συνεκκλησίαζε.

Τῷ γ' ἔτει Πέτρον τὸν Κναφέα, διὰ τὸ συνοραμεῖν Βασιλίσκῳ, ψήφῳ τῆς ἀνατολικῆς συνόδου καθαιρεῖ Ζήνων καὶ εἰς Πιτυοῦς ἐξορίζει. Ὁ δὲ λαθὼν προσφεύγει τῷ ἁγίῳ Θεοδώρῳ ἐν Εὐχαΐταις. Τιμόθεος

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(84) Id est edicto universali, quod nimirum ad omnes pertineret. Τόπον γενικόν Theodorus Anagnosta in hac ipsa historia vocat. Sæpe admodum hoc vocabulo utitur Cedrenus, et τοπεῖν pro edicere usurpat aliquoties. Nicephorus, ut in margine versionis adnotatum deprehendi, ἐγκυκλίους σολλαικάς, quarum et exemplum refert XV, 3. Postea generale edictum appellavi. Vocat et Evagrius circulares epistolas ἐγκυκλίους ἐπιστολάς, cujus librum tertium consule. XYL.

(85) Πάπα nomen, quamvis cuilibet sacerdoti absque delecta Græci soleant affigere, τοῦ πάπα nihilominus nonnisi Romano et Alexandrino pontificibus attribuunt: ac ne testes petamus extraneos, sic p. 424, 435 et alibi passim Romæ antistitem in auctore scriptum legimus. Alexandrinum quoque sic dictum civitatis illius incolarum Timotheo Æluro præsens facta compellatio demonstrat: Ἐφώμισας τοὺς ἐχθρούς σου, πάπα. Ostendunt et quæcunque ab Alexandrina sede prodeunt diplomatum tituli; ex quo Cœlestinus ad Cyrillum, ut locum suum in Ephesina synodo teneret, scripsit. Ἐξ οὗ λόγος, scribit Nicephorus XIV, 34, καὶ τὸ τῆς μίτρας ἐπίθεμα εἰληφέναι καὶ τὴν τοῦ πάπα προσηγορίαν λαβεῖν καὶ τῆς οἰκουμένης κριτὴν ὀνομάζεσθαι. GOAR.

δὲ ὁ Ἄλλουρος ἐν τούτοις θνήσκει. Ἀντ' αὐτοῦ δὲ Πέτρος ὁ Μογγὸς εἰσάγεται, ἀνὴρ κακοῦργος καὶ τῆς ἀληθείας ἐχθρός, ὃς προκαθηρημένος ἤδη χειροτονεῖται ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου, καὶ τούτου καθηρημένου. Τούτῳ κατὰ θεοῦ ζῆλον ἐπελθόντες οἱ μοναχοὶ, λ' μόνας ἡμέρας λιμοῦ ῥικοῦς κρατήσαντι, τῆς ἐπισκοπῆς ἀπελαύνουσι, καὶ Τιμόθεον πάλιν τὸν Σαλοφακίολον ἀποκαθιστῶσιν ἀξίως τῷ θρόνῳ.

Τῷ δ' ἔτει ἐγένετο σεισμὸς φοβερὸς ἐν Κωνσταντινουπόλει, μηνὶ Σεπτεμβρίῳ κέ, καὶ ἔπεσον ἐκκλησίαι πολλαὶ καὶ οἰκίαι καὶ ἔμβολοι [P. 353] ἔως ἐδάφους, κατεχώσθη δὲ πλῆθος ἀνθρώπων ἀναρίθμητον. Ἔπεσε δὲ καὶ ἡ σφαῖρα τοῦ ἀνδριάντος τοῦ ῥήτορος (86), καὶ ἡ στήλη τοῦ Μεγάλου Θεοδοσίου ἡ εἰς τὸν κίονα τοῦ Ταύρου (87), καὶ τὰ ἔσω τείχη περὶ διάστημα ἱκανόν. Καὶ ἐκράτει ὁ σεισμὸς ἡμέρων πολλῶν, ὥστε τὴν πόλιν ἀποζέσαι. Τούτῳ τῷ χρόνῳ τὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Βαρνάβα λείψανον εὑρέθη ἐν Κύπρῳ, ὑπὸ δένδρον κερασέαν ἱστάμενον, ἔχον ἐπὶ τοῦ στήθους τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον ἰδιόγραφον αὐτοῦ τοῦ ἀποστόλου Βαρνάβα. Ἐξ ἧς προφάσεως ἔκτοτε γέγονε μητρόπολις ἡ Κύπρος, καὶ τοῦ μὴ τελεῖν ὑπὸ Ἀντιόχειαν ἀλλ' ὑπὸ Κωνσταντινούπολιν. Τὸ δὲ τοιοῦτον Εὐαγγέλιον Ζήνων ἀπέθετο ἐν τῷ παλατίῳ, ἐν τῷ ναῷ τοῦ Ἁγίου Στεφάνου ἐν τῇ Δάφνῃ.

Τῷ ιβ' ἔτει Φῆλιξ ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου σύνοδον ποιήσας δύο ἐπισκόπους καὶ ἔκδικον (88) ἔπεμψεν ἐν Κωνσταντινουπόλει, γράψας Ζήνωνι καὶ Ἀκακίῳ ἐκβαλεῖν Πέτρον τὸν Μογγὸν ὡς αἱρετικὸν τῆς Ἀλεξανδρείας.

Τῷ ιγ' ἔτει, τῶν ἀπὸ Ῥώμης κρατηθέντων ἐν Ἄβύδῳ γνώμῃ Ζήνωνος καὶ Ἀκακίου καὶ τῶν γραμμάτων ἁρπαγέντων καὶ ἐν φρουρᾷ βληθέντων, ἠπείλησε Ζήνων τούτους, ἀνελεῖν, εἰ μὴ κοινωνήσουσιν Ἀκακίῳ καὶ Πέτρῳ τῷ Μογγῷ.

Τῷ ιε' ἔτει Ζήνων τῇ βουλῇ Ἀκακίου τοὺς κατὰ τὴν Ἔφεσον ἐπισκόπους ἐβιάζετο ὑπογράψαι τῷ Ἑνωτικῷ, ὅπερ αὐτὸς Ἀκάκιος ἐποίησεν ἐξ ἰδίας καρδίας συντάξας, καὶ κοινωνῆσαι Πέτρῳ τῷ Μογγῷ. Τοὺς δὲ τῆς Ῥώμης ἀποκρισιαρίους παρέπεισε ζρήμασι κοινωνῆσαι Ἀκακίῳ παρὰ τὰ ἐνταλθέντα αὐτοῖς. Τοῦτο μαθὼν ὁ Φῆλιξ καθῄρε τούτους, γράψας καὶ Ἀκακίῳ καθαίρεσιν· ἤνπερ δεξάμενος Ἀκάκιος ἀναισθήτως περὶ αὐτὴν εἶχε, καὶ τὸ ὄνομα Φήλικος ἐξῆρε τῶν διπτύτων.

Τῷ ις' ἔτει Πέτρος ὁ Μογγὸς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἀπέθανε, καὶ Ἀθανάσιος ἀντ' αὐτοῦ ἐχειροτονήθη ὁ ἐπίκλην Κηλήτης. Ζήνων δὲ ὁ βασιλεὺς ἀνεθεὶς τῶν τυράννων ἐξέβαλε τῆς Ἐκκλησίας Ἀντιοχείας Κα-

A eique sufficitur Petrus Mongus, homo maleficus et veritatis hostis ; qui jam ante damnatus ab uno episcopo, eo quoque damnato delectus est. Hunc Deo instigante agressi monachi triginta sex dies episcopatu latrocinii in morem functum dejiciunt, eamque dignitatem legitime reddunt Timotheo Salophaciolo.

Quarto anno terribilis fuit terræ motus Cpoli die 23 Sept. Corruerunt multa templa, domus rostraque funditus, et obruta est immensa hominum multitudo. Cecidit etiam globus columnæ fori, et statua Theodosii Magni, quæ columnæ Tauri imposita erat, muriqne interioris satis longa pars. Duravit diu ille terræ motus, adeo ut fetor quoque urbem B occuparit. Ea tempestate reliquiæ beati apostoli Barnabæ inventæ sunt in Cypro. Jacebat cadaver id sub arbore ceraso, Evangelium quod **619** S. Matthæus composuerat, in pectore gestans, manu Barnabæ descriptum. Ea occasione Cyprus metropolis facta est, ut jam non amplius sub Antiochia censeretur, sed soli Cpoli subesset. Id Evangelium Zeno reposuit in palatio, in æde Sancti Stephani in Daphna.

Anno duodecimo Felix concilio in æde Petri et Pauli apostolorum habito duos episcopos et exsecuturem Cpolin mittit, Zenonem et Acacium per litteras jubens Mongum, utpote hæreticum, Alexandria exigere.

Anno 13 Zenonis et Acasii jussu Romani legati Abydi sunt comprehensi, litteræ interceptæ, ipsi in custodiam dati ; minatusque eis Zeno mortem est, nisi cum Mongo et Acacio communionem C inirent.

Anno 13 Acacii suasu Zeno orientales episcopos coegit subscribere Henotico (id scriptum, sic a concordia instituenda dictum, Acacius ex animi sui sententia condiderat) et communicare cum Petro Mongo. Pecunia quoque data Roma missos legatos eo perduxit ut contra mandata sua cum Acacio communicarent. Felix ubi rem comperit, iis suam ademit dignitatem, Acacium quoque per litteras ad eum scriplas ordine dejiciens. Quas acceptas Acacius pro nihilo habuit, Felicisque D nomen ex albo sustulit.

Anno 16 Petrus ille Mongus Alexandriæ moritur, eique Athanasius **620** cognomento Celeles subrogatur. Zeno autem a tyrannis otium adeptus Antiochena Ecclesia exturbat Calandionem, inque

XYLANDRET GOARI NOTÆ.

(86) *Globus* ille nimirum quem statua Constantini in foro erecta manu gerebat, non vero *columnæ globus*, ut perperam Xylander ; nisi vocabulo columnæ statuam in columna porphyretica positam intelligat, de qua jam auctor fol. 263. Goar.

(87) Platea civitatis ita dicta. Goar.

(88) Longe est ab exsequendo Latini interpretis officio Xylander, qui non *defensorem* sed *exsecutorem* vertit ἔκδικον. Quid exsequetur, edicat. *Defensor* certe causis pauperum et Ecclesiarum vacabat, cujus titulum gessit Sebastianus martyr. Eumdem, imo plures, et super omnes primatem Ecclesia Græca inter officiales, de quibus Codinus, recenset. De iis concilium Carthaginense apud Balsamonem can. 78. Goar.

Gasin relegat, episcopatum Petro Cnapheo reddit. Is Antiochiam reversus multa mala facinora fecit, damnationibus concilii novis, ejectionibus inculpatorum episcoporum, substitutionibus et delectibus illegitimis, aliisque id genus. Nam jam ante adjecerat sanctissimo hymno : Christe rex, crucifixe pro nobis. Post reditum autem abstulit hæc, Christe rex. Et Xenaias quidam Satanæ servus docebat non esse recipiendas Christi et sanctorum imagines. Erat natione Persa, conditione servus. Hic cum sub Calandione profugisset a suo domino, pagos qui sunt circa Antiochiam a fide avocabat ; cumque nondum esset baptizatus, tamen clericum se esse dicebat. Hunc Calandio profligaverat : sed Cnapheus Hierapolitano episcopatui præfecit ac Philoxenum nominavit. Cumque postea intellexisset cum non esse baptizatum, sufficere ei designationem loco baptismatis affirmavit. Cæterum Euthymius, qui de religione rectissimam tuebatur sententiam, Anastasium Silentiarium, qui postea temporis imperium male gessit, Ecclesia ejecit ut hæreticum et Eutychi consentientem.

Anno 17 Zeno Marianum, sapientissimum comitem, et qui arcana quædam præsciret ac imperatori indicaret, interrogavit quisnam sibi in imperio esset successurus. Respondit ille : Imperium et uxorem tuam **621** accipiet quidam de Silentiariis, me autem injuste occides. Horum utrumque suo tempore exitus comprobavit. Eodem anno Petrus Cnapheus vita decedit, inque ejus locum episcopus Antiochiæ creatur Palladius, presbyter templi sanctæ martyrum principis Theclæ, quod erat Seleuciæ. Suffragatores habuit Joannem Cpolitanum et Anastasium, cujus modo meminimus.

Enimvero elatus fastu Zeno, aut (ut rectius loquar) atræ potius bilis morbo et furiis actus, ad bonorum publicationes et injustrs cædes animum adjecit. Nam proximo cuique crimen intentabat, eumque qua jure qua injuria de medio tollebat. Miseranda præ cæteris atque in primis inhumana cædes fuit illi magistri, qui et vitam ejus servarat

A λανδίωνα καὶ ἐξώρισεν εἰς Ὄασιν (89). Πέτρον δὲ τὸν Κναφέα κατέστησεν ἐν αὐτῇ, ὃς ἐλθὼν εἰς Ἀντιόχειαν πολλὰ κακὰ ἐποίησεν, ἀναθεματισμούς τε πάλιν τῆς συνόδου καὶ ἐκβολὰς ἐπισκόπων ἀνεπιλήπτων ἀντεισαγωγάς τε καὶ χειροτονίας ἀθέσμους καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Πρότερον δὲ προσέθηκε τῷ Τρισαγίῳ (90). Χριστὲ βασιλεῦ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς. Ὕστερον δὲ ἐλθὼν περιεῖλε τὸ, Χριστὲ βασιλεῦ. Ξεναΐας δὲ ὁ δοῦλος τοῦ Σατανᾶ τὴν Δεσποτικὴν εἰκόνα καὶ τῶν ἁγίων ἐδίδασκε μὴ δέχεσθαι. Πέρσης γὰρ ἦν τῷ γένει, δοῦλος δὲ τὴν τύχην. Ἀποσυγὼν δὲ τοῦ ἰδίου [P. 354] δεσπότου ἐπὶ Καλανδίωνος τὰς περὶ Ἀντιόχειαν κώμας ἀνεστάτου ἀπὸ τῆς πίστεως. Ἀβάπτιστος δὲ ὢν κληρικὸν ἑαυτὸν εἶναι ἔλεγε. Τοῦτον Καλανδίων ἀπήλασε, Πέτρος δὲ ὁ Κναφεὺς

B ἐπίσκοπον Ἱεραπόλεως χειροτονήσας μετωνόμασε Φιλόξενον. Μαθὼν δὲ ὕστερον ἀβάπτιστον εἶναι, ἀρκεῖν αὐτῷ τὴν χειροτονίαν ἀντὶ βαπτίσματος ἔφησεν. Εὐθύμιος (91) δὲ ὁ ὀρθοδοξότατος Ἀναστάσιον τὸν Σιλεντιάριον, τὸν κακῶς μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντα, τῆς Ἐκκλησίας ἐδίωκεν ὡς αἱρετικὸν καὶ ὁμόφρονα Εὐτυχοῦς.

Τῷ ιζ' ἔτει Ζήνων ἤρετο Μαριανὸν τὸν συριώτατον κόμητα· ἦν γὰρ μυστικά τινα εἰδώς, ἃ καὶ προὔλεγεν αὐτῷ. Φησὶ γάρ· Τίς μετ' ἐμὲ βασιλεύσει ; Ὁ δὲ εἶπεν ὅτι, Καὶ τὴν βασιλείαν σου καὶ τὴν γυναῖκά σου διαδέξεταί τις ἀπὸ Σιλεντιαρίων, ἐμὲ δὲ ἀδίκως ἀποκτενεῖς. Καὶ ἀμφότερα ἐν καιροῖς τοῖς ἰδίοις γεγόνασι. Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει καὶ Πέτρος ὁ Κναφεὺς τέθνηκε, καὶ ἀντ' αὐτοῦ Παλλάδιος, πρεσβύτερος τῆς

C ἐν Σελευκείᾳ ἐκκλησίας τῆς Ἁγίας πρωτομάρτυρος Θέκλης, προεβλήθη ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας. Συνεψηφίσθη δὲ τούτῳ καὶ Ἰωάννης ὁ Κωνσταντίνου [πόλεως] καὶ Ἀναστάσιος, ὁ κακῶς βασιλεύσας, Σιλεντιάριος.

Ὁ μέντοι Ζήνων ἐπαρθεὶς ὑψηλοφροσύνῃ πρὸς δημεύσεις καὶ φόνους ἀδίκους χωρεῖ, καὶ πάντα ἄνθρωπον αἰτιώμενος διὰ τῆς οἰασοῦν αἰτίας ἀνῄρει. Τὸ δ' ἀληθὲς εἰπεῖν, ὑπὸ μελαγχολίας καὶ δαιμονίῳ κρατούμενος ἀνεῖλετ οἰκτρῶς καὶ ἀπανθρώπως Ἴλλον τὸν μάγιστρον, δι' οὗ καὶ τὴν ζωὴν σχεδὸν ἔσχε καὶ τῆς βασιλείας ἐκράτησεν. Ἀναιρεῖ δὲ καὶ

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(89) Magnam videlicet, juxta Abydon sitam, sterilem, incultam et inhabitatam, in quam delinquentes deportabantur. Plura Pancirollus c. 140. Goar.

(90) Oratio est, qua nil frequentius in ore Græcorum : Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. Ante cujus ultima verba hæc alia Petri Gnaphæi sequaces voluerunt inserta : ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς. Hic porro hymnus non *sanctissimus* utcunque, juxta Xylandrum, sed *ter sanctus*, ob ter *sanctus* vocem repetitam, in Ecclesia Græca nuncupatur. Goar.

(91) *Euphemius* legendum, ex Nicephoro, Zonara, Theodoro, Suida, Evagrio, tametsi infra in Anastasio rursum ita legatur. Cæterum silentiarium fuisse non magnæ dignitatis officium, initio Anastasii monet Zonaras. Cuspinianus quietis ministrum vertit, et esse putat quem jurisconsulti virum clarissimum sacri palatii nuncupent. Et sic apud Procopium l. II *Belli persici* legitur Adolium Armenium fuisse imperatoris in palatio ad ea quæ sunt quietis ministrum, quod munus Romani silentiarum vo- D cent. Sed quid Græca habeant, scire expediret. Alii, meo judicio, non inepte scribam aulicum, hoc est eum fuisse putant qui nunc secretarius dicitur. Rectius σιλεντιάριος scribi puto quam σιλεντάριος. Certe in Leone Iconomacho σιλέντιον ποιεῖν decretum scribere significat, ubi Leonis cum Germano acta referuntur. Xyl. — Silentiariorum schola inter imperatoris stipatores spectatissima, cui adlectus fuit Anastasius. Evagrius *Hist. eccl.* III, 39 : Ἀναστασίῳ τὸν στέφανον περιτίθησιν οὔπω μὲν ἥκοντι εἰς γερουσίαν, ἐν δὲ τῇ λεγομένῃ τῶν σιλεντιαρίων σχολῇ καταλεγομένῳ. Istis Græcis sunt ἡσυχοποιοί, qui ad imperatoris latera *silentium* et quietem *indicunt*, juxta Agathiam, ἐπιστάται τῆς ἀμφὶ τὸν βασιλέα σιγῆς. Inter *clarissimos* a Dorotheo numerantur ; eorum enim, ut ait, λαμπράστρατιά, quamvis Anastasium hunc τῶν χαμαιζήλων ἀξιωμάτων, infimæ dignitatis, Zonaras scribat ; qui nimirum inter aulicos præclarus, longe tamen ab ambienda purpura positus fuisse videretur. Goar.

τὸν βαυμαστὸν καὶ περὶ ποίησιν ἐπῶν ἀξιόλογον ἄνδρα Πελάγιον τὸν πατρίκιον, ἐλευθεροστομεῖν εἰδότα, ὡς φρόνιμον καὶ δίκαιον καὶ φανερῶς ἐλέγχοντα τὰς ἀθεμίτους Ζήνωνος πράξεις· ὃς ἐν τῷ μέλλειν ἀδίκως τελευτᾶν τοιάσδε φωνὰς ἠφίει πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, εἰς οὐρανὸν τὰς χεῖρας ἀναπετάσας. Αἴ, Θεὲ δικαιότατε, ἐμοὶ μὲν ἐπάγεται βίαιος θάνατος, διότι τὰς πολλὰς βίας Ζήνωνος ἐλευθεροστομῶν ἀνέστελλον, καὶ ὅτι τὸν ἠλίθιον ἀδελφὸν αὐτοῦ οὐ συνεχώρουν βασιλέα γίνεσθαι· σὺ δὲ, Δέσποτα παντοδύναμε, ᾧ μέλει τὰ τοῦ δικαίου, θᾶττον αὐταῖς τῆς μιαιφονίας ἀπαιτήσεις τὰς εὐθύνας. Τούτου φέρεται Ἱστορία δι' ἐπῶν γεγραμμένη ἀπὸ Αὐγούστου Καίσαρος. Τούτου πόνημα καὶ τὰ καλούμενα Ὁμηρόκεντρα καὶ ἄλλα μυρία θαύματος ἄξια. Τὰ ὅμοια δὲ πέπονθε, καὶ Ζώσιμος ὁ Γαζαῖος ῥήτωρ καὶ Ἀρκάδιος ὁ ἔπαρχος καὶ ἄλλοι τῶν ἐπισήμων. Τοιούτου γὰρ καὶ τοσούτου γεγονότος νοῦ Ζήνωνος ἔν τε φόνοις καὶ ἀθεμίτοις πράξεσιν, οὐκ ἠμέλησε τὸ Θεῖον εἰς τὴν τούτου [P. 355] ἀναίρεσιν, ἀλλὰ σφοδραῖς καὶ ἀδιαγνώστοις ὀδύναις πᾶν τὸ σῶμα περιβαλὸν βιαίως τοῦ ζῆν ἀπεστέρησε. Λόγος δὲ ἐφέρετο ὅτι ἔκ τινος θείας δυνάμεως ἐκαρατομήθη ἀοράτως, μόνης τῆς δέρεως τῷ τραχήλῳ συνημμένης. Τῆς οὖν γαμετῆς αὐτοῦ καὶ τῶν θαλαμηπόλων τῆς οἰκείας ἀσφαλείας προνοουμένων, εἶασαν τὸν νεκρὸν κείμενον γυμνὸν ἐπὶ σανίδος, καὶ μόλις ἀμφὶ τὸν ὄρθρον τῶν οὐ προσηκόντων τις ἔρριψεν αὐτῷ σινδόνα. Μετὰ δὲ τὸ κατατεθῆναι αὐτὸν ἐν τῷ τάφῳ ἔφασαν οἱ σωματοφύλακες οἱ ἐν τῷ τάφῳ τεταγμένοι γοερὰν φωνὴ ἐπὶ δύο νύκτας ἀποδίδοσθαι ἐκ τοῦ μνήματος αὐτοῦ· Ἐλεήσατε, ἐλεήσατε, καὶ ἀνοίξατέ μοι. Τῶν δὲ εἰπόντων, ὅτι Ἄλλος βασιλεύει, ἔφη Οὐδέν μοι μέλει· εἰς μοναστήριον ἀπαγάγετέ με. Τῶν δὲ μὴ ἀνοιξάντων, λέγεται μετά τινα χρόνον τὸ μνημεῖον ἀνοιγῆναι, καὶ εὑρεθῆναι αὐτὸν ὑπὸ πείνης φαγόντα τοὺς βραχίονας αὐτοῦ καὶ τὰ καλίγια (92) ἃ ἐφόρει, διὰ τὸ συχνῶς τῷ κατόχῳ νοσήματι κρατεῖσθαι, καὶ προφιλιωθῆναι ἔτι ζῶντος αὐτοῦ τὴν Ἀριάδνην τῷ Ἀναστασίῳ, ὅθεν καὶ οἱ φύλακες τῶν βασιλικῶν μνημάτων τῇ παραγγελίᾳ αὐτῆς πρὸς τὸ μὴ ἀνοιγῆναι τὸν Ζήνωνα ἐτυπώθησαν ἔκτοτε (63).

Ἐν αὐτοῖς δὲ τοῖς χρόνοις Περόζης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς πάλιν ἐπιστρατεύσας ἐπὶ τοὺς λευκοὺς Οὔννους τοὺς Νεφθαλίτας (94) ἀπώλετο παντρατεί. Ὀρύξαντες γὰρ τάφρον βαθεῖαν καὶ καλάμους ἐπιθέντες καὶ γῆν ἐπιχώσαντες ἔμειναν ἔνδον, ὀλίγους δὲ ὑπαντῆσαι τούτοις ἀφέντες, καὶ αὖθις εἰς φυγὴν τραπέντες καὶ τὰ στενὰ διαβάντες, ἃ σφίσι γνώριμα ὑπῆρχον. Οἱ δὲ Πέρσαι μηδὲν δεινὸν ὑποπτεύσαντες

et eum ad imperium evexerat. Interfecit etiam Pelagium patricium, virum præclarum et carminis scriptione insignem, quod is pro sua prudentia et justitia libertatem dicendi sibi sumens, Zenonis nefaria facinora palam incessebat. Moriturus manibus in cœlum intentis Deum omnium rerum gubernatorem sic est precatus : O justissime Deus, mihi quidem injuste nec infertur, propterea quod libero ore Zenonis multa facinora violenta repressi, et quod fatuum ejus fratrem nolui Cæsarem designari. Tu autem, Domine omnipotens, qui justitiæ rationem habes, quam primum scelerata eorum homicidia punito. Exstat Historia ab eo **622** scripta versibus, ab Augusto Cæsare orsa. Homerocentra etiam composuit, aliaque plurima laude digna. Zeno autem Zosimum præterea interfécit, rethorem Gazæum, et Arcadium præfectum, aliosque illustres viros. Neque vero tot cædibus ac sceleribus non imposuit pœnas divina vindicta, sed eum vehementibus atque incognitis doloribus toto corpore excruciatum violenta morte sustulit. Fertur fama ei a quadam divina potestate ita fuisse caput abscissum, ut ea res conspectum hominum fugeret solaque cute caput cum cervicibus jungeretur. Itaque uxorem et cubicularios propriæ saluti consulentes mortuum in assere jacentem reliquisse : diluculo tandem quemdam nulla eum necessitudine attingentium sindonem cadaveri injecisse. Satellites porro qui ad sepulcrum, in quo repositus fuit, custodiendum erant collocati, retulerunt se per duas noctes lamentabilem vocem audivisse ex sepulcro elatam : Miseromini, et aperite mihi. Cum dicerent alium jam imperare, Nihil, inquit, curo : in monasterium me abducite. Sed cum illi non aperirent, ferunt aliquanto post monimentum fuisse reclusum inventumque in eo Zenonem, qui præ fame suos ipse lacertos manderet et caligas, quas gestabat, quia crebro comitiali corripiebatur morbo, et ipso adhuc vivente Ariadna Anastasium amabat. Itaque ea mandaverat custodibus regii sepulcri ne aperirent.

623 Eodem tempore Perozes Persarum rex, cum denuo expeditionem adversus albos Hunnos, qui vocantur Nephthalitæ, suscepisset, cum toto exercitu periit. Nam Hunni cum profundam fossam egissent eamque calamis constravissent, superne terra injecta, intra eam sese continuerunt, paucis emissis qui hosti occurrerent ac mox fuga facta per angustias sibi notas evaderent. Persæ ergo

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(92) Allusum putat Xylander ad *caligas* Latinas. Qui vero linum, lanam aut sericum corrosisset et devorasset Zeno? Facilius certe *calceos*, quos vox καλίγια refert. Dubium omne tollit Euchologium, ubi religionis candidatum habitu monachi suscepturum, cui ritui præsens olim adfui, jubet a se abjicere τὰ ἐν ποσὶ καλίγια (ita scribit), non *caligis*, sed *calceis* pedes nudare. Goar.

(93) Reddidit Xylander mutile et ignare. Repono, *unde et ejus jussu, ne recluderetur Zeno, regiorum sepulcrorum custodes fuerunt instituti*. Goar.

(94) Quæ antecedunt, mutila judicans asterisco notavi. Hi autem Hunni Persarum vicini, a Procopio l. 1 *Belli Persici* Euthalitæ vocantur, ut quidem in Volaterrani legitur versione. Nam etiam apud Nicephorum sunt Nephtalitæ, xvi, 36, et apud Suidam ex Josepho gens ad Orientem habitans commemoratur. Xyl.

insidii non animadversis eos insecuti universi cum rege Peroza et filiis ejus in voraginem islam incidentes perierunt. Perozes eo in periculo constitutus unionem, quem gestabat ingentem ac candidissimum et maximi pretii, a dextra aure detractum abjecit, ne quis eum post se gestaret aut ipsum regem agnosceret : erat enim spectatu dignissimus. Hoc modo modo Perozes cum exercitu interiit. Barbari exinde biennium Persas tributarios habuerunt. Eo exacto Persæ superstites Cabadem Perozæ filium regem constituunt.

De unione, quo is pacto inventus fuerit, talem reperimus historiam. In sinu Persico, qui a Rubro mari versus Aquilonem est situs, uniones alantur a pectinibus, quos Zambacos vocant. Horum pectinum quidam inventus est intre se alens unionem ingentem ac splendidissimum ; qui cum auctus mensuram usitatam excessisset radiosque splendoris sui fulguris in morem ejacularetur, canis quidam marinus eum splendorem adamavit **624** et pulchritudinem perpetuo assectari cœpit, et quocunque unda pectinis concham ferebant, eo canis quoque perniciosi cujusdam dæmonis impulsu bacchabatur. Id prodigium piscator quidam animadvertens statuit pectinem machina quadam deprædari : verum canis non concessit, sed raptum pectinem in profundum aquæ abduxit. Proinde regi Persarum de pulchritudine margaritæ piscator refert, isque ei viros adjungit, qui in eo capiendo ipsi adsint. Cum ad mare profecti per aliquot dies præstolati essent, contigit ut canis aliquantisper secederet. Tum piscator statim sese in aquam injecit, et ad fundum delatus pectinem cum unione arripuit, sursumque enatavit, exserta manu qua unionem tenebat, quem et statim ii qui adecant ei eripuerunt. Priusquam vero in lembum piscator evadere posset, supervenit canis miserumque devoravit. Unio ad regem allatus est ; qui ejus spectaculo delectatus, piscatoris filios magnis donis affecit. Eam unionem ut redimeret Justinianus Magnus, 100 auri libras Barbaris misit. Verum ii recusarunt vendere, asservantes eum in signum Persicæ stoliditatis.

ἀκράτως τούτους ἐδίωκον, καὶ πάντες ὁμοῦ σὺν τῷ Περόζῃ καὶ τοῖς αὐτοῦ παισὶν εἰς τὸ βάραθρον συμπεσόντες ἀπώλοντο. Ὁ δὲ Περόζης αἰσθόμενος τοῦ δεινοῦ, τὸν μάργαρον ὃν εἶχε λευκότατον καὶ μέγαν, εἰς ὑπερβολὴν ὑπερτιμῶν, ἐξ ὠτὸς τοῦ δεξιοῦ ἀφελόμενος ἔρριψεν, ἵνα μή τις ὀπίσω αὐτοῦ τοῦτον φορνὶς ἢ γνώριμος γένηται ὡς βασιλεύς, ἐπεὶ ἀξιοθέατος ὑπερφυῶς ἦν. Καὶ οὕτω Περόζης διεφθάρη σὺν πάσῃ τῇ στρατιᾷ. Ἦρξαν δὲ Περσῶν οἱ βάρβαροι χρόνους δύο εἰς φόρου ἀπαγωγήν. Καὶ πάλιν οἱ ὑπολειφθέντες Καβάδην τὸν τούτου υἱὸν εἶχον βασιλέα.

Περὶ δὲ τοῦ μαργαρίτου, πῶς καὶ ποίῳ τρόπῳ εὑρέθη, τοιαύτην εὕρομεν ἱστορίαν. Ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ τῷ πρὸς βορρᾶν κειμένῳ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης τρέφονται μαργαρῖται ὑπὸ κτενῶν, οὓς τινες ζάμβακας ὀνομάζουσι. Τούτων τῶν κτενῶν εὑρέθη τρόφων ἐν ἑαυτῷ κτεὶς εἰς μαργαρίτην ὑπερφυῆ καὶ λαμπρότατον. Αὐξηθέντος δὲ τούτου καὶ παρὰ τὸ μέτρον γεγονότος αὐγάς τε δίκην ἀστραπῆς ἀκτινοβολοῦντος καὶ διαπέμποντος, ἡράσθη κύων θαλάττιος [P. 356] τῆς αὐγῆς τοῦ μαργαρίτου, καὶ τῆς αὐτοῦ ὡραιότητος οὐκ ἀφίστατο, ἀλλ' ὅπου δ' ἂν ἦγε τὸ ῥεῦμα τὸ ἔλυτρον τοῦ κτενός, ἐκεῖ καὶ τὸν κύνα δαίμων τις ἀλιτήριος ἐξεβάκχευεν. Ἁλιεύς οὖν τις τὸ ξένον τοῦτο θεασάμενος ἑτέρας ἐδοκίμασε διά τινος μηχανῆς ἀποσυλῆσαι τὸν κτένα. Ἀλλ' ὁ κύων οὐκ ἐνεδίδου· ἁρπάζων γὰρ αὐτὸν ἐπὶ τὸ βάθος ἐνῆγε. Καταμηνύει τοιγαροῦν ὁ ἁλιεὺς τῷ βασιλεῖ τῶν Περσῶν τὸ τοῦ μαργάρου κάλλος· ὁ δὲ δίδωσιν αὐτῷ ἄνδρας τοὺς ἐπὶ τὴν ἄγραν τοῦ μαργάρου συμπράξοντας. Ἐλθόντες οὖν ἐπὶ τὴν θάλασσαν καί τινας ἡμέρας ἐγκαρτερήσαντες, ἔτυχε τὸν κύνα μικρὸν ὑποχωρῆσαι· Εὐθὺς οὖν ὁ ἁλιεὺς δισκεύσας αὐτὸν ἐν τῇ θαλάσσῃ καὶ καταδὺς ἐν τῷ βάθει ἐθράξατο τοῦ κτενὸς καὶ τὸν μαργαρίτην ἀνήγαγε, καὶ εὐθέως ἀναδραμὼν ὤψατο τὴν χεῖρα, καὶ ὑπὸ τῶν συνόντων ἥρπαγη ὁ μάργαρος. Πρὶν δὲ φθάσαι εἰσελθεῖν αὐτὸν ἐν τῇ λέμβῳ, φθάσας ὁ κύων διέσπασε καὶ κατεράφησε τὸν ταλαίπωρον. Ὁ δὲ μάργαρος ἀπεκομίσθη τῷ βασιλεῖ, ὃς καὶ ἡσθεὶς τῷ τούτου θεάματι τοὺς παῖδας τοῦ ἁλιέως μεγάλαις ἠμείψατο δωρεαῖς. Τοῦτον τὸν μαργαρίτην βουληθεὶς ἀνήσασθαι Ἰουστιανὸς ὁ Μέγας χρυσίου λίτρας ἑκατὸν ἀπέστειλε πρὸς τοὺς βαρβάρους· ἀλλ' οὗτοι οὐ κατένευσαν, μνημόσυνον τῆς Περσικῆς ἀπονοίας τοῦ τον φυλάττοντες.

Cabades autem Perozis ultimus filius regno]] potitus imperio violentius uti cœpit, lege etiam lata, quæ uxores omnibus juberet esse communes. Itaque Persæ ei regnum ademerunt, ipsumque vinctum in carcerem, qui Letha (id est oblivio dicitur, conjecerunt ; ac fratrem ejus **256** Balbam regem creaverunt. Uxor autem cum Cabadi in carcere degenti ministraret, eam (erat enim formosissima) amare præfectus carceris cœpit. Id ubi intellexit Cabades, uxori suasit ut morem illi generet, si qua fortassis ipso ratione ex carcere posset evadere. Quæ cum sui corporis potestatem præfecto carceris fecisset, postmodo nemine prohibente ad maritum commeavit eique inserviit

Καβάδης δὲ ὁ τοῦ Περόζου ὕστανος υἱός, τῆς βασιλείας ὀραξάμενος, ἐπὶ τὸ βιαιότερον τῇ ἀρχῇ ἐχρᾶτο καὶ κοινὰς τὰς γυναῖκας ἐνομοθέτησεν ἔχειν. Ὅθεν οἱ Πέρσαι τούτων τῆς ἀρχῆς ἀπήλασαν καὶ δήσαντες εἰς φυλακὴν τὴν λεγομένην Λήθην ἐνέβαλον, τὸν δὲ ἀδελφὸν αὐτοῦ Βάλβην βασιλέα ἐποίησαν. Ἡ δὲ γυνὴ Καβάδου διηκόνει αὐτῷ ἐν τῇ φυλακῇ. Ὁ δὲ τῆς εἱρκτῆς ἄρχων ἤρξατο ἐρᾶν τῆς γυναικὸς εὐπρεπεστάτης οὔσης. Ὁ δὲ Καβάδης παρεκάλει τὴν γυναῖκα ἐνδοῦναι τῷ ἀνθρώπῳ, εἴ πως δυνηθῇ ἐκφυγεῖν τοῦ φρουρίου. Τούτου δὲ γενομένου ἀκωλύτως ἡ γυνὴ πρὸς Καβάδην εἰσιοῦσα τοῦτον ἐθεράπευσε. Φίλος δὲ Καβάδῃ ὀνόματι Σεσώσις ἐδήλου τῷ Καβάδῃ διὰ τῆς γυναικὸς ὡς ἵππους καὶ ἄνδρας ἐμπα-

ρασκεύου ἔχω ἔν τινι χωρίῳ. Ὁ δὲ Καβάδης νυκτὸς ἐπιλαβούσης πείθει τὴν γυναῖκα τὴν ἐσθῆτα αὐτῆς αὐτῷ ἀλλάξασθαι, καὶ ἐξελθεῖν μὲν αὐτὸν, ἐκείνην δὲ ἐν τῇ φυλακῇ καθέζεσθαι. Καὶ οὕτω Καβάδης ἐξελθὼν τοῦ δεσμωτηρίου καὶ ἵππῳ ἐπιβὰς σὺν τῷ Σεσιώσῃ πρὸς Οὔννους τοὺς Νεφθαλίτας ἀφίκετο. Ὁ δὲ τούτων βασιλεὺς τὴν θυγατέρα αὐτοῦ δίδωσιν εἰς γυναῖκα αὐτῷ, καὶ στράτευμα δοὺς πολὺ ἐπὶ Πέρσας ἐξέπεμψεν. Εἰσβαλὼν δὲ εἰς Περσίδα ἐν οὐδενὶ πόνῳ τῆς βασιλείας ἐκράτησε, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐκτυφλώσας εἰς φυλακὴν ἐνέβαλε. Τὴν δὲ βασιλείαν ἀσφαλῶς διεφύλαξεν (ἦν γὰρ ἀγχίνους καὶ δραστήριος), καὶ ἐκράτει μετὰ ταῦτα ἔτη ια', καταλύσας τοὺς νόμους πάντας οὓς προεξέθετο.

A Erat amicus Cabadi Sesoses quidam. Is Cabadi per uxorem ejus significat habere se equos virosque paratos quodam in loco. Tum Cabades, nocte facta, uxori persuadet ut secum veste mutet: itaque ea suo loco relicta, carcerem exit, equoque consenso cum Sesose ad Hunnos Nephtalitas pervenit. Horum rex Cabadem sibi generum facit, magnoque instructum exercitu in Persiam mittit. Eam ingressus Cabades nullo negotio regnum recuperat, fratrem oculis erutis in carcerem includit, ac posthac (erat enim prompto ingenie et strenuus) regnum tuto servat per annos 11, abrogatis quas ante tulerat legibus omnibus.

[P. 357] Μετὰ τὴν Ζήνωνος τελευτὴν ἡ βασίλισσα καὶ ἡ σύγκλητος καὶ τὸ στράτευμα Ἀναστάσιον τὸν Σιλεντιάριον ἀναγορεύουσι βασιλέα, τῆς τῶν Ἀκεφάλων ἤτοι Συγχυτικῶν ὄντα αἱρέσεως. Ἦν δὲ τῷ σώματι μήκιστος, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχων χαροποὺς καὶ γλαυκοὺς μετρίως, φαλακρὸς ῥῆμα καὶ πολιός. Ἄγει δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὴν μοναρχίαν Οὐρβίκιος εὐνοῦχος, τότε μεγίστην παρὰ τῆς βασιλείας ἔχων δύναμιν. Μετὰ δὲ τὴν ἀναγόρευσιν ἀπαιτεῖται ὁμολογίαν παρὰ Εὐθυμίου (93) τοῦ πατριάρχου πρὸς τὸ μὴ σαλεῦσαί τι τῆς Ἐκκλησίας καὶ τῆς πίστεως, ἀνάξιον αὐτὸν ἀποκαλῶν τῆς τῶν Χριστιανῶν βασιλείας. Βιαζομένης δὲ αὐτὸν Ἀριάδνης καὶ τῆς συγκλήτου δίδωσιν αὐτοῦ τὸ ἰδιόχειρον τῷ πατριάρχῃ, κυροῦν τὰ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ὑπὲρ τῆς πίστεως δόγματα, καὶ οὕτω στεφθεὶς Ἀριάδνην ἄγεται εἰς γάμον, οὔπω πρότερον γαμετῇ συνοικήσας. Ἐκράτησε δὲ ἔτη κζ' μῆνας δ'. Ἐπὶ τούτου Ναυζαῖοι καὶ Ἀρειανοὶ ἔχαιρον, Μανιχαῖοι μὲν ὡς μητρὸς τοῦ βασιλέως ξηλωτρίας οὔσης καὶ προσφιλοῦς αὐτοῖς, Ἀρειανοὶ δὲ ὡς Κλέαρχον τὸν θεῖον αὐτοῦ, ἀδελφὸν τῆς κακόφρονος μητρὸς αὐτοῦ, ὁμόδοξον ἔχοντες.

B Mortuo Zenone, Augusta, senatus et exercitus Anastasio Silentiario imperium deferunt. Fuit is in hæresi Acephalorum sive Synchyticarum, procerissimo corpore, oculis trucibus ac mediocriter cæsiis, calvaster ac **626** canus. Ad imperium eum promovit Urbicius eunuchus, qui tum apud imperatricem plurimum poterat. Cum designatus esset, Euthymius patriarcha ab eo exegit ut, cautione data, affirmaret se nihil in rebus ecclesiasticis et fide labefactaturum, indignum cum dicens qui Christianis imperaret. Compulsus tandem ab Ariadna et senatu sua manu scriptam schedam patriarchæ tradit, qua profitetur se Chalcedonensis concilii de fide decreta rata habere. Ita demum coronatus Ariadnam uxorem ducit, cum hactenus vixisset cælebs. Imperavit annos 27, menses 4. Sub ejus imperio Manichæis et Arianis animis creverunt, Manichæis, quod mater imperatoris ipsorum sectæ studeret atque amica esset, Arianis, quod Clearchus imperatoris avunculus secum sentiret.

Τούτου τῷ πρώτῳ ἔτει Εὐθύμιος ὁ Κωνσταντινουπόλεως, συναγαγὼν τοὺς ἐνδημοῦντας ἐπισκόπους, τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἁγίαν σύνοδον ἐκύρωσε. Τούτου τοῦ Ἀναστασίου τὸ τῆς βασιλείας σχῆμα λαβόντος ἐν τῷ τοῦ ἱπποδρόμου καθίσματι ἅπας ὁ δῆμος ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος εὐθυβόλως ἐβόησεν· Ὡς ἔζησας, οὕτω καὶ βασίλευσον, δέσποτα. Πρὸ ᾠδῶν γὰρ ἀλεκτρυόνων εἰς ἐκκλησίαν φοιτῶν ἄχρι τῆς ἀπολύσεως ἵστατο ἐξιλεούμενος τὸ θεῖον, νηστεύων πολλὰ καὶ τὰ προσόντα αὐτῷ πένησι καὶ πτωχοῖς διαδιδούς. Οὗτος τοὺς δηλάτορας ἐκ τῆς πόλεως τελείως ἐξέκοψεν. Ἀφῆκε δὲ καὶ τὸ τέλος τοῦ λεγομένου χρυσαργύρου. Ὁ δὲ χρυσάργυρος τοιοῦτόν τι πρᾶγμα ἦν· πᾶς πενόμενος καὶ προσαιτῶν καὶ πᾶσα πόρνη καὶ ἀπολελυμένη καὶ πᾶς δοῦλος καὶ ἀπελεύτερος συνεισφορὰν ἐποιοῦντο κοινὴν πρὸς τὸ δημόσιον ὑπὲρ οὔρου καὶ κοπρίας κτηνῶν τε καὶ κυνῶν τῶν ἐν ἀγροῖς καὶ πόλεσι διατρεφόντων· καὶ ὁ μὲν ἄνθρωπος νόμισμα ἀργυροῦν συνεισέφερεν,

Primo ejus anno Euthymius Cpolis episcopus, collectis qui tum in urbe degebant episcopis, synodum Chalcedonensem confirmavit. Cum Anastasius, imperatorio habitu sumpto, in circo sederet, universus populus veluti uno ore directe inclamavit: Sicut vixisti, ita etiam impera, domine. Quippe ante galli cantum templum adire solebat, ibique dum concio dimitteretur, astabat Deum placans. Frequenter jejunabat, et sua pauperibus et mendicis erogabat. Idem delatores funditus ex urbe excidit. Abolevit etiam tributum quod Chrysargyrum dicebatur, quasi **627** aurargentum dicas. Id tale fuit. Quivis mendicus, quævis meretrix, quævis repudiata, quivis servus, quivis libertus, ærario aliquid pendebant, atque etiam de mulo, de fimo, de jumentis et canibus in urbe et rure degentibus. Homo, sive mas esset sive femina, nummum argenteum pendebat: tantumdem equus, bos et mulus; asinus autem et canis obolos sex,

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(93) Ex quo postmodum imperatores et principes ut fidem publicent et scripto sacramentoque firment in consuetudine posuerunt. Scripto vero fidem professus est Zeno, cum deinceps repetierit et v facta receperit, p 358. Vide p. 403. Goar.

et erat cum in agris tum in urbe magnus ejulatus, cum id tributum absque ulla miseratione exigeretur. Itaque imperator, cum ea de re legatos ad eum mississent monachi Hierosolymitani, et Timotheus Gazæus vir sapientissimus tragœdiam ea de re finxisset, excidit ista. Atque eo sane tempore illustrem suam fecit liberalitatem, quod tributum illud quadriennale, quod magna cum omnium pernicie ingentem talentorum corradebat numerum, et Chrysargyrum appellabatur, sustulit, tabulasque ejus tributi descriptionem continentes in circo omnes coram toto populo concremavit. Ac rem publicam quidem ille tanta magnificentia emendabat. Sed in rebus ecclesiasticis idem asperum se atque invercundum præbuit : quippe anno imperii sui secundo vi suam obligationem ab Euthymio repetiit.

Quinto anno tyrannos opera Joannis Scythis domuit. Euthymio quoque episcopo, sibi religionis causa adverso, hæc nuntiavit : Magnæ tum precatione amicos tuos fuligine conspersernnt. Eumdem episcopatu **628** dejectum relegavit, episcopatui Macedoniam præfecit. Hic in gratiam imperatoris Henoticum Zenonis subscriptione sua approbavit.

Anno 8 Macedonius de sententia Anastasii unire conatus est monasteria regiæ urbis, divulsa ab unione propter Henoticum Zenonis ; et coactis qui in urbe tum peregrinabantur episcopis, Chalcedonensis concilii decreta scripto rata se habere confirmavit. Theodoricus porro Afer cum ministrum haberet sibi percharum et rectæ religionis professorem, cum is in domini gratiam a fide ad Arianismum se transtulisset, caput homini amputavit, quod diceret eum qui Deo fidem non servasset, non facile sibi fidelem fore.

Annis 10 et 11 rursum Saraceni in Phœniciam et Syriam, et Bulgari in Illyricum et Thraciam incursiones fecerunt.

Anno 12 Anastasius cum Aretha pacem composuit ; atque exinde in tota Palæstina, Arabia et Phœnicia alta pax ac tranquillitas fuit. Cum Neocæsareæ immineret terræ motus, miles quidam iter faciens duos contra se ire milites vidit, aliumque a tergo clamantem : Abstinete domo in qua est area Gregorii. Eo terræ motu cum major urbis pars esset prostrata, ædes Sancti Gregorii incolumis mansit.

Anno 13 Cabades Persarum rex, facta expeditione, Amida urbem oppugnat.

ὁμοίως καὶ ἡ γυνή, ἵππος δὲ καὶ ἡμίονος καὶ βοῦς τὸ αὐτὸ συνεισφέρον, ὄνος δὲ καὶ κύων φολλεις (96) ἕξ. Καὶ ἦν δύσπριὸς πολὺς ἔν τε χώρᾳ καὶ πόλει τούτων εἰσπραττομένων ἀσυμπαθῶς. Πρέσβεις τοίνυν δεξάμενος ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις μοναχῶν, καὶ Τιμοθέου τοῦ Δαζαίου ἀνδρὸς τὰ πάντα σοφοῦ τραγῳδίαν ποιήσαντος ὑπὲρ τοῦ τοιούτου, ταῦτα ἐξέκοψε. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ περίβλεπτον φιλοτιμίαν τῆς πολυταλάντου καὶ πανώλου εἰσφορᾶς τοῦ καλουμένου τετραετηρικοῦ χρυσαργύρου κατέλυσεν ὁ βασιλεύς, [308] καὶ πυρὶ ἐν τῷ Ἱπποδρόμῳ ἐναντίον πάντων κατέκαυσε τὰ τῆς τοιᾶσδε συντελείας κατάγραφα. Καὶ τὰ μὲν πολιτικὰ φιλοτίμως οὕτως ἐπηνωρθοῦτο, εἰς δὲ τὰ εἰς τὴν τοῦ θείου δόξαν συντείνοντα δριμὺς καὶ ἀδυσώπητος γέγονε· τῷ γὰρ δευτέρῳ ἔτει αὐτοῦ μετὰ βίας τὴν ὁμολογίαν αὐτοῦ παρὰ Εὐθυμίου ἔλαβε.

Τῷ ε' ἔτει τοὺς τυράννους διὰ Ἰωάννου τοῦ Σκήθους (97) παρέλαβεν. Εὐθυμίῳ δὲ τῷ ἐπισκόπῳ, ἐχθρῷ αὐτοῦ ὄντι διὰ τὴν πίστιν, ἐδήλωσεν· Αἱ εὐχαί σου αἱ μεγάλαι τοὺς φίλους σου ἠσθόλωσαν. Τοῦτον τε καθαιρεῖ καὶ εἰς ἐξορίαν παραπέμπει. Μακεδόνιον δὲ προχειρίζεται ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως. Ὁ δὲ κακῶς πεισθεὶς τῷ Ἀναστασίῳ ὑπέγραψε τῷ ἑνωτικῷ Ζήνωνος.

Τῷ ϛ' ἔτει Μακεδόνιος γνώμῃ τοῦ βασιλέως ἑνῶσαι τὰ μοναστήρια τῆς βασιλίδος ἔσπευδεν, ἀποσχισθέντα διὰ τὸ ἑνωτικὸν Ζήνωνος. Καὶ τοὺς ἐνδημοῦντας ἐπισκόπους συναγαγὼν τὰ ἐν Χαλκηδόνι καλῶς δογματισθέντα ἐγγράφως ἐβεβαίωσε. Θευδέριχος δὲ ὁ Ἄφρος διάκονον ἔχων ὀρθόδοξον, πάνυ ἀγαπώμενον ὑπ' αὐτοῦ, μεταθέμενον δὲ εἰς ἀρειανισμὸν χαρίζόμενον Θευδερίχῳ ἀρειανίζοντι, ἀπέτεμε ξίφει, εἰπών· Εἰ τῷ Θεῷ τὴν πίστιν οὐκ ἐφύλαξας, ἐμοὶ πῶς φυλάξεις ;

Τῷ ι' καὶ ια' ἔτει γέγονε πάλιν Σαρακηνῶν ἐπιδρομὴ ἔν τε Φοινίκῃ καὶ Συρίᾳ, καὶ οἱ Βούλγαροι τῷ Ἰλλυρικῷ καὶ τῇ Θρᾴκῃ ἐπιτρέχουσι.

Τῷ ιβ' ἔτει σπένδεται πρὸς Ἀρέθαν (98) Ἀναστάσιος, καὶ λοιπὸν πᾶσα ἡ Παλαιστίνη καὶ Ἀραβία καὶ Φοινίκη πολλῆς γαλήνης καὶ εἰρήνης ἀπήλαυον. Ἐν Νεοκαισαρείᾳ δὲ μέλλοντος γίνεσθαι σεισμοῦ στρατιώτης ὁδεύων εἶδε δύο στρατιώτας ἐπ' αὐτὸν ἰόντας, καὶ ὄπισθεν ἄλλον κράξαντα· Φυλάξατε τὸν οἶκον ἐν ᾧ ἡ θήκη Γρηγορίου ἐστί. Γενομένου δὲ τοῦ σεισμοῦ τὸ πλεῖστον μέρος τῆς πόλεως ἐπτώθη, πλὴν τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου.

Τῷ τρισκαιδεκάτῳ ἔτει Καβάδης ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἐκστρατεύσας Ἀμιδα τὴν πόλιν πορθεῖ.

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(96) Folles. Hujus monetæ meminernnt etiam alii auctores, Suidas docet follem esse obolum. Idem testatur Timotheum Gazæum grammaticum istius tributi causa in Anastasium edidisse tragœdiam, in Τιμόθεος. Xyl. — [Vide Fabroti Glossarium infra.]

(97) *Scythæ* legitur apud Evangrium, III, 35, et in Eclogis l. II Theodori anagnostæ. Loquitur autem de Longino Zenonis fratre, ejusque socio Theodoro, qui Isauris concitatis rebellabant ; quanquam Zonaras Longinum hunc a Zenonis fratre diversum facit Xyl.

(98) Aretham puto ducem Persicum dici, qui Nicephoro est *Zarethos*. XVI, 35. Amida urbs est Mesopotamiæ. De bello hoc Persico Procopius l. I copiose. Xyl.

ὁδου χρόνων ρκβ' [P. 471] γέγονεν ἐν Νικαίᾳ οἰκουμενικὴ ζ' σύνοδος, καὶ ἀπέλαβεν ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία διὰ Ταρασίου τοῦ ἁγιωτατου πατριάρχου τὸν ἀρχαίον κόσμον αὐτῆς, συνελθόντων Πατέρων ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον τν', οἳ τὰς εἰκόνας σὺν τῷ σταυρῷ διορίσαντες προσκυνεῖσθαι, οὐδὲν καινὸν δογματίσαντες ἀλλὰ τε τῶν ἁγιων καὶ μακαρίων Πατέρων δόγματα ἀσάλευτα φυλάττεσθαι, καὶ τὴν νέαν αἵρεσιν ἀποκηρύξαντες, τοὺς τρεῖς ψευδωνύμους πατριάρχας ἀνεθεμάτισαν, Ἀναστάσιον, φημί, καὶ Κωνσταντῖνον καὶ τὸν Νικήταν εὐνοῦχον. Ὑπέργαψε δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἐν τῷ τόμῳ, καὶ εἰρήνευσεν ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, εἰ καὶ ὁ ἐχθρὸς τὰ ἑαυτοῦ ζιζάνια ἐν τοῖς ἰδίοις ἐργάταις σπείρειν οὐ παύεται. Ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία τῇ αὐτοῦ χάριτι πάντως πολεμουμένη νικᾷ.

A cæpe fuit, elapsis ad id a sexto annis centum viginti duobus. Tuncque Tarasii sanctissimi patriarchæ opera pristinum suum ornatum recepit. Convenerunt eo Patres 350, qui imagines cum cruce adorandas statuerunt, nihil ii novum decernentes, sed sanctorum Patrum decreta immota reliquui jubentes. Iidem, nova hæresi damnata, anathemate detestati sunt tres istos falso patriarchas habitos, Anastasium, Constantinum et Nicetam. Subscripserunt Actis concilii imperator materque ejus. Juxta pax tum Ecclesiæ Dei fuit, tametsi inimicus per suos ministros zizania sua serere non cesset. Vincit tamen semper Dei Ecclesia ejus favore.

Τῷ θ' ἔτει λύσασα ἡ βασιλὶς Εἰρήνη τὴν πρὸς τοὺς Φράγγους συναλλαγὴν ἤγαγε κόρην ἐκ τῶν Ἀρμενιακῶν ἀπὸ Ἀμνείας, ὀνόματι Μαρῖναν, καὶ ἔζευξεν αὐτὴν Κωνσταντίνῳ τῷ υἱῷ αὐτῆς μὴ θέλοντι, καὶ ἐποίησε τοὺς γάμους.

B Anno 9 imperatrix pacto cum Francis rescisso ex Armenia ab Amnea puellam nomine Marinam duxit filioque suo Constantino, licet invito, copulavit, et nuptias confecit.

Τῷ ι' ἔτει γέγονε σεισμὸς φοβερώτατος. Φθόνῳ δέ τινες φερόμενοι τῶν προσφιλῶν Εἰρήνης, καὶ βουλόμενοι οὗτοι τὰ πράγματα διοικεῖν, σφενδόνιζον τὴν μητέρα κατὰ τοῦ υἱοῦ, πείσαντες αὐτήν. ὡς Οὐκ ἔστιν ὡρισμένον παρὰ Θεῷ κρατῆσαι τὸν υἱόν σου· σὴ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία. Αὕτη δὲ, ὡς ἅτε γυνὴ, ἐξαπατηθεῖσα, στέργουσα δὲ καὶ τὸ φίλαρχον, ἐβεβαιώθη τῷ νοὶ οὕτως εἶναι Ὁ γοῦν βασιλεὺς εἰκοσαετὴς ὢν καὶ ῥωμαλεώτατος πάνυ καὶ ἱκανὸς ἐν τοῖς πολέμοις ἐλυπεῖτο μηδενὸς ἐξουσιάζων καὶ ἐμελέτα κατὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ. Ἡ δὲ ταῦτο μαθοῦσα παρὰ τοῦ Σταυρακίου, τοὺς μὲν οἰκείους ἀνθρώπους αὐτοῦ πάντας τύψασα ἐξώρισε, τὸν δὲ μάγιστρον καὶ Θεόδωρον πατρίκιον τὸν Καμουλιανὸν καὶ ἑτέρους τῶν ἐν τέλει ἐξώρισεν ἐν Καϊστορίᾳ. Τὸν δὲ υἱὸν αὐτῆς πολλὰ λοιδορήσασα ἀπρόϊτον ἐποίησεν ἐφ' ἡμέρας ἱκανάς. Πάντα δὲ τὸν στρατὸν καὶ πάντας τοὺς ἐν τέλει ὀμόσαι πεποίηκεν, ὅτι Ἕως οὗ ζῇς, οὐ καταδεξόμεθα τὸν υἱόν σου κρατῆσαι. Ἀρμενιακοὶ δὲ μόνοι τοῦτο οὐ κατεδέξαντο, ἀλλὰ Κωνσταντῖνον καὶ Εἰρήνην ὡς ἐξ ἀρχῆς εὐφήμουν, τοῦ διαβόλου τὴν τοιαύτην ἐπιορκίαν καὶ ἄρνησιν ὑποβάλλοντος τοῖς ἀνθρώποις. Συναχθέντες δὲ οἱ θεματικοὶ ἐν τῷ Ἀτρώᾳ πάντες κοινῇ γνώμῃ ἐζήτησαν Κωνσταντῖνον βασιλέα. Φοβηθεῖσα δὲ ἡ Εἰρήνη τὸ ὁρμημα τοῦ λαοῦ, ἀπέλυσεν αὐτόν. Καὶ αὐτοὶ μὲν τὴν μητέρα τούτου ἀπεκήρυξαν, τὸν δὲ Κωνσταντῖνον αὐτοκράτορα εὐφήμησαν. Εἰσελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ πόλει πάντας τοὺς οἰκειακοὺς τοῦ πατρὸς (19) αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τὸν Σταυράκιον δείρας καὶ κουρεύσας ἐξώρισε, [P. 472] τὴν δὲ μητέρα αὐτοῦ μετὰ τῆς ἀπαθείας αὐτῆς ἐκάθισεν ἐν τῷ παλατίῳ τῶν Ἐλευθερίου, ὃ αὐτὴ ᾠκοδόμησεν, ἐν ᾧ τὰ πλεῖστα χρήματα κατέκρυψεν. Ἐγένετο δὲ ἐμπρησμὸς, καὶ ἐκαύθη ὅ τε τρίκλινος τοῦ πατριαρχείου, ὁ λεγόμενος Θωμαΐτης, καὶ αἱ ὑποκάτω αὐτοῦ καμάραι, ἔνθα ἀπέκειτο τὰ σχέδη πάσης Γραφῆς, ἃ ἠρμή-

C se rei potestatem habere indigne ferebat, et contra matrem suam jam quædam machinabatur. Quod cum ex Stauracio intellexisset Irene, domesticos filii omnes verberibus multatos relegavit; magistrum et Theodorum patricium Camulianum aliosque proceres Quæstoriam deportavit. Filium quoque acriter conviciis insectata complures dies in publicum prodire vetuit. Juramento quoque exercitum et senatum obstrinxit, eos ipsa vivente filio imperium non delaturos. Soli Armeniaci milites id recusarunt, Constantinum et Irenam, sicut ab initio imperatores salutantes, quod et reliquæ legiones sunt æmulatæ, diabolo hæc perjuria et abnegationes hominibus suggerente. Omnes igitur legiones in Atroam congregatæ uno consensu Constantinum imperatorem requisiverunt. Itaque metuens multitudinis impetum Irena, filium dimisit; quem illi statim faustis acclamatinibus imperatorem salutarunt, abrogato Irenæ imperio. Constantinus imperator in urbem intrans omnes patris sui domesticos atque ipsum Stauracium verberatos atque rasos deportavit; matrem in 825 palatio Eleutherii, quod ipsa exstruxerat, securitate data collocavit, quo et plurimum ea auri abdidit. Incendium quoque triclinium patriarchæ domus, quod Thomaïtes appellabatur, et ei subjectas cameras absumpsit,

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(19) Mallem *matris*. Atroa et Questoria qui loci sint, videndum. Xyl.

ubi repositæ erant schedæ universæ Scripturæ, quibus eam sanctus Joannes Chrysostomus fuerat interpretatus; grassatumque est usque ad miliarium et quæstorium, omnibus quæ in medio erant exustis. Imperator porro expeditione in Bulgaros facta victor rediit. Tarsum quoque magno cum exercitu adversus Arabas profectus multis captis reversus est. Matri vero, ejus desperatione et multorum summorum virorum intercessione motus, imperatoriam dignitatem reddidit, eamque ut ab initio imperatricem salutari jussit; cui mandato soli Armeniaci refragati sunt, et Alexium Mosolem depoposcerunt. Quem hac de causa, ac quia eum quidam ferebant imperio potiturum, Constantinus verberatum ac rasum in custodiam dedit.

A νευσεν ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος. Καὶ διῆλθεν ἡ φλοξ ἕως τοῦ μιλίου καὶ τοῦ κουαιστωρείου παντοχόσε ἐπινεμομένη, ἕως οὗ πάντα κατέκαυσεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐξῆλθε κατὰ Βουλγάρων, καὶ τούτους νικήσας ὑπέστρεψεν. Ὡσαύτως καὶ ἐν Ταρσῷ μετὰ στρατοῦ πολλοῦ ἀπῆλθε κατὰ Ἀράβων καὶ αἰχμαλωτίσας πολλοὺς ὑπέστρεψε. Παρακληθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τῆς ἰδίας μητρὸς καὶ πολλῶν τῶν ἐν τέλει αὖθις ἀναγορεύει αὐτήν, καὶ εὐφημεῖσθαι (20) ὡς ἐξ ἀρχῆς διεκελεύσατο· Πάντων δὲ πειθαρχούντων μόνοι οἱ Ἀρμενιακοὶ στασιάζουσι, καὶ ἐπιζητοῦσιν Ἀλέξιον τὸν Μωσηλέ. Τοῦτον οὖν καὶ διὰ ταύτην τὴν ζήτησιν, καὶ διὰ τὸ λέγειν τινὰς ὡς μέλλει βασιλεύειν, δείρας καὶ κουρεύσας ἐφυλάκισε.

Anno 2 in Bulgaros exercitum ducens Cardamæ B corem domino occurrit; amissoque militum magno numero et multis ducibus ipsaque etiam cohorte et omnibus impedimentis atque equis, ægre fuga in urbem elapsus est. Eodem mense calumniis quorumdam adductus exivit in ædem Sancti Mamantis, ibique Nicephorum et Christophorum patruos suos excæcat. Alium Christophorum Nicetam Anthimum et Eudocimum linguis **826** excisis mutilat; Alexio quoque Mosolæ oculos eruit. Neque diu horum ultionem Dei justitia distulit. Post quinquennium enim eodem mense ac die ipse etiam Constantinus oculis privatus est. Armeniacis bello subactis, de eorum ducibus pœnas sumpsit, nigris notis faciei cujusque impressis, quæ erant: Armeniacus insidiator; « eosdemque in Siciliam et alias insulas relegavit. Deinde cum in Marinam conjugem suam concepisset odium ob sinistras quasdam de ea suspiciones, matris instinctu, quæ imperii cupida filium invisum subditis reddere volebat, eam in monasterium detrusit, et Theodotam, matris suæ cubiculariam, illicitis sibi nuptiis copulans coronavit. Cumque Tarasius patriarcha se opponeret, minatus ei est se, nisi hanc rem perficeret, profanorum simulacrorum fana aperturum. Itaque territus patriarcha concessit, ad multos dicens imperatorem nequaquam placide moriturum. Per quatriduum nuptias egit imperator in sancti Mamantis palatio. Cæterum hujus conjugii causa communione patriarchæ sese abstinuerunt Studiani collegii princeps atque alii, quos imperator varie vexavit, defensante eos Irena.

Τῷ β ἔτει ἐπιστρατεύει κατὰ Βουλγάρων, καὶ συναντήσας Καρβάμῃ τῷ κυρίῳ Βουλγάρων, πλῆθος λαοῦ καὶ ἀρχόντων ἀποβλήτων καὶ τὴν κόρτην (21) καὶ πᾶσαν τὴν ὑπουργίαν καὶ τοὺς ἵππους, μόλις αὐτὸς διαφυγὼν εἰσῆλθεν ἐν τῇ πόλει. Τῷ δ' αὐτῷ μηνὶ ἐκ συκοφαντίας τινῶν ἐξελθὼν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ Ἁγίῳ Μάμαντι ἐκτυφλοῖ Νικηφόρον καὶ Χριστοφόρον τοὺς θείους αὐτοῦ, υἱοὺς Κωνσταντίνου τοῦ πάππου αὐτοῦ. Χριστοφόρον δὲ ἄλλον καὶ Νικήταν, Ἄνθιμον καὶ Εὐδόκιμον ἐγλωσσοκόπησε, καὶ Ἀλέξιον τὸν Μωσηλὲ ἐτύφλωσεν. Ἀλλ' οὐκ εἰς μακρὰν ἡ τοῦ Θεοῦ δίκη ἀνεκδικήτους αὐτοὺς εἴασε· μετὰ γὰρ ε' ἔτη τῷ αὐτῷ μηνὶ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τυφλοῦται ὁ αὐτὸς Κωνσταντῖνος. Ὑποτάξας δὴ καὶ τοὺς Ἀρμενιακοὺς πολέμῳ, τοὺς ἀρχοντας αὐτῶν ἐποιήσεν, ἐπιγράψας εἰς τὸ πρόσωπον αὐτῶν μέλανι κεντητῷ· « Ἀρμενιακὸς ἐπίβουλος· » οὓς καὶ ἐξώρισεν ἔν τε Σικελίᾳ καὶ ταῖς λοιπαῖς νήσοις. Μισήσας δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Μαρῖναν ὑποβολῇ τῆς ἑαυτοῦ μητρὸς, ἐφιεμένης τῆς ἀρχῆς πρὸς τὸ μισηθῆναι αὐτόν (ἔσχε γὰρ ὁ βασιλεὺς ποντρὰς ὑποπλήψεις κατὰ τῆς Μαρίντης) πείθει αὐτὴν γενέσθαι μοναχήν. Ἔστειψε δὲ Θεοδώτην κουβικουλαρίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ, ᾗ καὶ ἐμνηστεύθη παρανόμως, Ἐπὶ τούτοις τοῦ πατριάρχου Ταρασίου ἀντιπίπτοντος δηλοῖ αὐτῷ Κωνσταντῖνος· « Εἰ μὴ τοῦτο γένηται, τοὺς ναοὺς τῶν εἰδώλων ἀνοίγω. » Ὅθεν ὁ πατριάρχης φοβηθεὶς ἔασεν αὐτὸν, εἰπὼν πρὸς πολλοὺς ὅτι οὐ καταλύσει τὸν βίον εἰρηνικῶς. [P. 473] Καὶ ἐποίησε τὸν γάμον αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ παλατίῳ τοῦ Ἁγίου Μάμαντος ἡμέρας ὅ'. Ἀπέσχισαν δὲ τοῦ πατριάρχου τῆς κοινωνίας ὁ τοῦ Στουδίου ἡγούμενος καὶ λοιποὶ διὰ τὸν παράνομον γάμον τοῦ βασιλέως. Ἐξ οὗς καὶ πολλὰς θλίψεις ὠργάζετο ὁ βασιλεὺς· ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ ὑπερησπίζετο αὐτῶν.

Anno 6 Cardames Bulgarorum princeps Constantino ita scripsit: « Aut persolve mihi quod pactum est, aut usque ad Auream portam veniam. » He-

Τῷ ς' ἔτει Καρβάμης ὁ κύριος Βουλγάρων ἔγραψε τῷ βασιλεῖ· « Ἢ τέλεσόν μοι πάκτα, ἢ ἔρχομαι ἕως τῆς Χρυσῆς πόρτης· » Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀπέστειλεν

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(20) Ut multos annos ei apprecarentur tum in popularibus tum in ecclesiasticis conventibus, ac nomen ejus ubique cum filii imperatoris nomine celebraretur. Goar.

(21) Κόρτην cohortem esse ex aliis locis didici, ut in Nicephoro de Bardanio. Credo ergo prætoriam hic aut aliam nobilem notari. Xyl. — Τὴν κόρτην. Erant, ubi frequenter alludit interpres, et κόρτην putat esse *cohortem*. Corrigit errorem Codinus de Offic. Cur. CP. scribens εἰς τὴν τοῦ βασιλέως σκηνήν, ἥτις κόρτη ὀνομάζεται. *Tentorium* itaque, non *cohors* imperatoris est κόρτη. Goar.

αὐτῷ (22) εἰπὼν, ὅτι « Οἷα δὴ πρέπει σοι πάντα ἀπόστειλα. Γέρων δὲ εἶ, καὶ οὐ θέλω κοπωθῆναί σε ἕως τῶν ὧδε, ἀλλ' ἐγὼ ἔρχομαι πρὸς σὲ, καὶ εἴ τι κρίνει ὁ Θεός. » Συναθροίσας δὲ ὁ βασιλεὺς λαὸν ἐξῆλθε κατ' αὐτοῦ καὶ ἐδίωξεν αὐτὸν ἕως εἰς τὰ ἴδια.

Τῷ ζ' ἔτει ἐξῆλθεν ὁ βασιλεὺς σὺν τῇ μητρὶ αὐτοῦ ἐν τῇ Προύσῃ (23) θερμῆσαι, καὶ μεθ' ἡμέρας ὀλίγας ἐτέχθη τῷ βασιλεῖ υἱὸς, ὃν ἐπωνόμασε Λέοντα. Ὅπερ μαθὼν ὁ βασιλεὺς καταλιμπάνει τὴν μητέρα αὐτοῦ σὺν τῇ βασιλικῇ πάσῃ τάξει καὶ τοῖς ἄρχουσι, καὶ ὑποστρέφει δρομαῖος ἐπὶ τὴν πόλιν. Εὑροῦσα δὲ ἄδειαν ἡ τούτου μήτηρ πάντας ὑποσύρει τοὺς τῶν ταγμάτων ἄρχοντας πρὸς τὸ καθελεῖν τὸν υἱὸν αὐτῆς καὶ μονοκρατορῆσαι. Καὶ δὴ παραγενόμενον ἐν τῷ παλατίῳ, τῆς μητρὸς αὐτοῦ μὴ παρούσης, ἀπέκλεισαν αὐτὸν οἱ μαγιστᾶνες ἐκ συμβουλῆς τῆς μητρὸς αὐτοῦ, ἐν τῇ Πορφύρᾳ (24) ἐν ᾗ ἐγεννήθη, καὶ ἐκτυφλοῦσιν αὐτὸν δεινῶς καὶ ἀνιάτως πρὸς τὸ τεθνάναι τῇ γηώμῃ τῆς μητρὸς αὐτοῦ. Ἐσκοτίσθη δὲ ὁ ἥλιος τότε ἐπὶ ἡμέρας ιζ', καὶ οὐκ ἔδωκε τὰς ἀκτῖνας αὐτοῦ, ὡς πάντας λέγειν ὅτι διὰ τὴν τοῦ βασιλέως τύφλωσιν τοῦτο ἐγένετο· τοιοῦτον γὰρ σκότος ἐγένετο ὥστε καὶ τὰ πλοῖα πλανᾶσθαι. Ἀλλ ὅρα καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ ἀνεξερεύνητα κρίματα· μετὰ γὰρ ε ἔτη τῷ αὐτῷ μηνὶ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ ἀπετύφλωσε τοὺς θείους αὐτοῦ, τυφλοῦται καὶ αὐτός. Ἐκράτησε δὲ Εἰρήνη ἡ μήτηρ αὐτοῦ μόνη ἔτη ε'. Ἐστασίασαν δὲ οἱ ἀνδράδελφοι αὐτῆς, οὓς καὶ ἐξώρισεν ἐν Ἀθήναις· οἳ κἀκεῖσε βουλευσάμενοι περὶ βασιλείας παρὰ τῶν ἐντοπίων ἀνῃρέθησαν, καὶ ἠφανίσθη τὸ τοῦ μιαροῦ Κοπρωνύμου ἅπαν γένος (25). Τῇ δὲ δευτέρᾳ τοῦ ἁγίου Πάσχα ἀπελθοῦσα ἡ βασίλισσα ἐπὶ τῇ κατὰ τύπον γενομένῃ προελεύσει εἰς τοὺς Ἁγίους Ἀποστόλους, δείλης προῆλθεν ἐν ὀχήματι χρυσῷ, ἐποχουμένη τέσσαρσιν ἵπποις, κρατουμένη ὑπὸ πατρικίων, ῥίψασα ὑπατείαν ἐν τῇ μέσῃ πολλήν.

Τῷ γ' ἔτει Σταυράκιος τυραννίδα ἐμελέτησεν, ὅπερ μαθοῦσα ἡ βασιλὶς ἐθέσπισε μὴ προσπελάζειν τινὰ Σταυρακίῳ· ὁ δὲ τῇ λύπῃ καταπονηθεὶς, αἷμα ἐκ τοῦ πνεύμονος ἀναγαγὼν, τέθνηκε.

[P. 474] Τῷ δ' ἔτει ἡ εὐσεβὴς Εἰρήνη τοῖς Βυζαντίοις τοὺς πολιτικοὺς ἐχαρίσατο φόρους, τῆς δὲ Ἀβύδου καὶ τοῦ Ἱεροῦ τὰ κομμέρκια (26) ἐκούφισε.

Τῷ ε' ἔτει στάσιν κατὰ τῆς βασιλείας οἱ Ἀνατολικοὶ ἐμελέτησαν. Ἔφθασαν δὲ ἀπὸ Καρούλου τοῦ στεφθέντος βασιλέως Ῥώμης παρὰ Λέοντος τοῦ πάπα ἀποκρισιάριοι πρὸς τὴν εὐσεβεστάτην Εἰρήνη

A scripsit imperator : « Quod decuit, ex pacto tibi misi. Senex **827** es : ideo te fatigari nolo huc usque proficiscendo, sed ipse ad te veniam. Deus decernet ; » contractoque exercitu in eum duxit, profligatumque in suam usque ditionem est persecutus.

Anno 7 imperator cum matre Prusam ad thermas ivit. Cumque ei post paucos dies filius nasceretur, cui Leoni nomen ipse fecit, allato nuntio matrem cum omni imperatorio relinqueus comitatu, in urbem recurrit. Ibi Irene licentiam nacta omnes ordinum principes corrumpit, ut filio imperium abrogent seque solam imperare sinant. Itaque Constantinum absente matre in ejus palatium venientem proceres in Porphyra, ubi natus fuerat, de B sententia Irenes includunt, oculosque ei ita effodiunt ut nullus medicinæ locus superfuerit ac tantum non in eorum manibus exspirarit. Sol tunc per 17 dies obscuratus est, nullos emittens radios ; et vulgo id ob excæcationem imperatoris evenisse ferebant. Tantæ autem fuerunt tenebræ ut naves quoque a cursu suo aberraverint. Sed hic imperscrutabilia Dei judicia considera : nam post quinquennium ab eo die quo patruis oculos eruit, eodem anni et mensis die ipse quoque oculis mulatus est. Irena mater ejus sola imperium tenuit annos 5. Cumque fratres mariti ejus sedilionem moverent, ab ea sunt Athenas relegati, ibique, cum de occupando regno consilia agitarent, **828** ab incolis sunt interfecti. Sic Copronymi genus exstinctum C est. Postridie sancti Paschatis Irena in processione, quæ ex statutis ecclesiasticis fit, in ædem Apostolorum ivit ; atque sub vesperam in publicum aureo curru a quatuor equis provecta est, tenentibus currum patriciis, multumque pecuniæ in populum sparsit.

Anno 3 Stauracius tyrannidem est molitus ; quod cum rescivisset Irena, omnibus ejus consuetudine interdixit. Isque mœrore oppressus sanguinem ex pulmonibus eructans periit.

Anno 4 pia Irene Byzantinis civile tributum remisit, Abydique et Ilieri commercia sublevavit.

Anno 5 seditionem contra Irenam machinati D sunt Orientales. Venerunt etiam a Carolo, quem Leo Romæ papa imposita corona imperio Romano inauguraverat, legati ad Irenam, eam Ca-

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(22) Zonaras habet, Constantinum pro tributo stercus jumentorum Bulgaro misisse. Xyl.

(23) Asiæ civitate non longe a Nicomedia. Goar.

(24) *Porphyra* locus est in palatio puerperiis imperatorum, maxime Constantinorum, celebris ; qui cognomen ab eo duxerunt, ut vocentur Porphyrogeniti. Xyl. — Unde Porphyrogenitus. Luitprandus 1, 2 : *Porphyrogenitum autem non in purpura, sed in domo quæ Porphyra dicitur natum appello. Constantinus enim domum istam ædificari jussit, cui Porphyra nomen imposuit, voluitque successuram nobilitatis suæ sobolem istic in lucem prodire, quatenus qui suo ex stemmate nascerentur, luculenta hac appellatione Porphyrogeniti appellarentur.* Hæc ille rerum Græcarum in sua legatione testis oculatus Goar.

(25) *Copronymi genus exstinctum.* Nam Leo Constantini F. mortuus fuerat jam ante (Zonaras) Xyl.

(26) Fauces Propontidos sunt infra, versus Ægæum mare ; Sestos et Abydos, supra, versus Pontum Euxinum, τὸ Ἱερόν, ex Thraciæ parte Ilis in faucibus, ne Cpoli defrudetur, penditur vectigal, quod ab Eirene minutum auctor memorat. Goar.

rolo in uxorem ambientes, ut sic Oriens cum Occidente uniretur. Et fuisset sane assensura, nisi Actius obstitisset, qui imperium suo fratri cogitabat paracc. Imperatrix cætera omnia prudenter cordateque gessit, et quo modo prorsus optandum foret. Hanc unam culpam sustinuit, quod miserrimum filium imperio et oculis spollavit, divino alioqui sacrarum studio rerum et recta fide prædita. Sacrum enim concilium vu et veneration em imaginum **829** sacrarum ipsa confecit, multaque alia præclarissima facinora edidit. Berrhœam quoque apud Thessalonicam refecit, suoque de nomine Irenopolin dixit; et Anchialum instauravit. Sed eunuchorum turba, interque hos præcipui Stauracius et Leo cognomine Clocas, inter se dissidentes, imperium ei abrogaverunt, et loco ejus Nicephorum in solio imperatorio collocarunt. Ita pessimorum eunuchorum consilia suos dominos atque benefactores pessumdant, ut recte Chrysaorius, maximi apud veteres vir nominis, summo cuidam viro dixerit: » Si habes eunuchum, occide eum; si non habes, eme et neca. » Irenam ergo imperio deturbat Nicephorus opera Leonis Clocæ, Nicetæ patricii et Sisinii fratrum, perjurorumque et dolosorum Triphylliorum, et Leonis patricii Tessaracontapechis (cognomento a 40 cubitis ducto), et Gregorii patricii qui et Muselaces, et aliorum quorumdam procerum. Ili quarta noctis hora ad Chalcem venientes (ea est ærea porta) custodibus astu persuadent missos se ab Augusta, ut Nicephorum imperatorem designent. Custodes mendacio huic fidem adhibentes, ipsi quoque Nicephorum imperatorem dicunt Mirati sunt multi cur Deus passus sit eam, quæ pro vera religione martyris in morem decertavisset, tam tyrannice ab impio homine dejici. Quidam id ejus in filium sceleri imputarunt, alii alias obtrectarunt. Cæterum Nicephorus palatium Eleutherianum (ibi enim **830** tum degebat Irene) custodibus cinxit, maneque eam in palatium ductam inclusit, itaque in templum progressus est, uti coronaretur, Tarasio adhuc patriarcha. Populus autem et coronantem et coronatum tyrannum diris egit, hunc scelestum appellans.

Nicephorus patricius et generalis logotheta imperavit annos 8, dies 9. Postridie quam imperium occepit, quibusdam patriciis comitatus ad Irenam se contulit, quæ a custodibus adservabatur, bonitatemque simulans bono eam animo esse jussit,

Α νην, αἰτούμενοι ζευχθῆναι αὐτὴν τῷ Καρόλῳ πρὸς γάμον καὶ ἑνῶσαι τὰ ἑῷα καὶ τὰ ἑσπέρια· ἥτις ὑπήκουσεν ἄν, εἰ μὴ Ἀέτιος ἐκώλυσε, τὸ κράτος εἰς τὸν ἴδιον ἀδελφὸν σφετεριζόμενος. Ἡ βασιλὶς δὲ τὰ μὲν ἄλλα φρονίμως καὶ συνετῶς διῴκησε πράγματα καὶ ὡς ἄν τις εὔξαιτο, μόνην δὲ ταύτην (27) ἔσχεν αἰτίαν, τὴν ἔκπτωσιν καὶ τύφλωσιν τοῦ δυστυχεστάτου υἱοῦ αὐτῆς, καίτοι ζῆλον θεῖον ἔχουσα καὶ πίστιν ὀρθόδοξον. Τήν τε γὰρ ἁγίαν ἑβδόμην σύνοδον καὶ τὴν τῶν ἱερῶν εἰκόνων προσκύνησιν αὕτη παρεσκεύασε, καὶ πολλὰ αὐτῆς καὶ μυρία τὰ κατορθώματα. Αὕτη καὶ τὴν ἐν Θεσσαλονίκῃ Βέρροιαν ἔκτισεν, Εἰρηνόπολιν μετονομάσασα. Ἔκτισε δὲ καὶ τὴν Ἀγχίαλον. Ἀλλ' ὁ πολὺς τῶν εὐνούχων ἐσμὸς καὶ οἱ τούτων ἐξέχοντες, ὅ τε Σταυράκιος καὶ ὁ Λέων ὁ Κλόκας πρὸς ἀλλήλους διαφερόμενοι, τῆς βασιλείας ταύτην ἀπεγύμνωσαν, καὶ Νικηφόρον ἀντ' αὐτῆς ἐπὶ τῶν θρόνων βασιλέα καθίδρυσαν. Οὕτως αἱ τῶν κακίστων εὐνούχων βουλαὶ τοὺς οἰκείους δεσπότας καὶ εὐεργέτας διαλυμαίνονται, ὥστε Χρυσαόριον τὸν πάλαι θαυμασιώτατον εἰπεῖν πρός τινα τῶν μεγάλων, ὅτι « Εἰ μὲν ἔχεις εὐνοῦχον, φόνευσον, εἰ δ' οὐκ ἔχεις, ἀγόρασον καὶ φόνευσον. » Ἐκβάλλει τοίνυν Εἰρήνην ὁ Νικηφόρος σπουῇ Λέοντος τοῦ Κλόκα καὶ Νικήτα πατρικίου καὶ Σισινίου τῶν αὐταδέλφων καὶ τῶν ἐπιόρκων καὶ δολερῶν Τριφυλλίων καὶ Λέοντος πατρικίου τοῦ Τεσσαρακοντατπήχου· καὶ Γρηγορίου πατρικίου τοῦ Μουσιλάκη καὶ ἑτέρων τινῶν τῶν ἐν τέλει· οἵτινες ἐλθόντες ἐν τῇ Χαλκῇ ὥρᾳ τετάρτῃ τῆς νυκτὸς, καὶ τοὺς φύλακας ξαπατήσαντες, ἔπεισαν ὅτι παρὰ τῆς Αὐγούστης ἀπεστάλησαν ἀναγορεῦσαι βασιλέα τὸν Νικηφόρον. Οἱ δὲ πιστεύσαντες τῷ τηλικούτῳ ψεύσματι συνανηγόρευσαν καὶ αὐτοὶ βασιλέα τὸν τύραννον. Πολλοὶ γοῦν ἐθαύμαζον πῶς ὁ Θεὸς συνεχώρησε τὴν ὑπὲρ τῆς ὀρθῆς πίστεως μαρτυρικῶς ἐναθλήσασαν ὑπὸ ἀσεβοῦς οὕτω τυραννικῶς ἐκβληθῆναι. Ἄλλοι τὴν εἰς τὸν υἱὸν αὐτῆς ἁμαρτίαν προεβάλλοντο, καὶ ἄλλοι ἄλλως ἐδυσφήμουν καὶ κατεγόγγυζον. Φύλακας τοίνυν ἐν τῷ παλατίῳ τῶν Ἐλευθερίου περιστήσας (ἐκεῖσε γὰρ ἔτυχε τυγχάνουσα ἡ βασιλὶς) ὄρθρου ἀγαγὼν αὐτὴν ἐν τῷ παλατίῳ ἀπέκλεισε, καὶ οὕτως προῆλθεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπὶ τὸ στεφθῆναι, Ταρασίου ἔτι τὸν θρόνον κατέχοντος. Οἱ δὲ ὄχλοι κατηρῶντο καὶ τὸν στέφοντα καὶ τὸν στεφόμενον τύραννον, καὶ ἀπεκάλουν ἀλιτήριον.

Β

C

[P. 475] Νικηφόρος πατρίκιος καὶ γενικὸς λογοθέτης ἐβασίλευσεν ἔτη η' ἡμέρας θ'. Τῇ ἑπαύριον δὲ παραλαβών τινας τῶν πατρικίων ἀνῆλθε πρὸς τὴν βασίλισσαν φρουρουμένην, καὶ χρηστότητα ὑποκριθεὶς παρηγόρει αὐτὴν λέγων· « Πᾶσάν σου ἀνάπαυ-

D

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(27) Quasi vero atrocius hoc et magis nefarium atque impium excogitari quippiam potuerit. Itaque non inepte librarius: Ταλαντατε Κεδρηνὲ, καὶ τί τούτου χεῖρον; ποῖον γὰρ θηρίον ἐπιβουλεύει τοῖς ἑαυτοῦ ἐγγόνοις; « Stultissime, inquit Cedrene quid hoc ipso sit deterius? « quae enim vei fera suo insidiatur fetui? et rursus cum juste hoc factum ait Cedrenus in secundis Michaelis Balbi nuptiis, annotavit: « Qui hoc juste ais factum, sæve Cedrene? » Πῶς λέγεις δικαίως, ἄγριε Κεδρηνέ; Idem ad Chrysaorii sententiam de eunuchis ascripsit: Εἴθε πάντες ἐποίουν κατὰ τὴν σὴν παραίνεσιν, Χρυσαόριε, εἰς τοὺς παμβεβήλους εὐνούχους. Id est: « Utinam, Chrysaori, omnes huic de tuo turpissimis eunuchis consilio paruissent »! Stauracios oportuit esse duos, aut altero loco falsum esse nomen. XYL.

σιν ποιήσω, εἰ τοὺς θησαυρούς σου καταμηνύσεις μοι. » Ἡ δὲ συνετῷ τῷ φρονήματι πρὸς τὸν χθὲς μὲν δοῦλον ἐπίορκον, σήμερον δὲ τύραννον ἔφη· « Ἐγὼ μέν, ὦ ἄνθρωπε, Θεὸν ἡγοῦμαι τὸν ὑψώσαντά με εἰς ταύτην τὴν βασιλείαν, ταῖς δ' ἐμαῖς ἁμαρτίαις τὴν καθαίρεσιν ἑμαυτῆς προτάπτω· ἐν πᾶσι δὲ τούτοις εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον. Οὐ μὴν δὲ ἀγνοεῖς τὰς κατὰ σοῦ μηνυθείσας ἐπιβουλάς, αἷς εἰ συνεπήχθην, ἀκωλύτως εἶχον τοῦ ἀνελεῖν σε. Ἀλλὰ τὸ μὲν τοῖς σοῖς ὅρκοις πειθομένη, τὸ δὲ φειδομένη σου πάντα παρελογισάμην, τῷ θεῖῳ ἀποδιδοῦσά σε, δι' οὗ βασιλεῖς βασιλεύουσι καὶ δυνάσται κατεξουσιάζουσι. Καὶ τὰ νῦν ὡς εὐσεβῆ σε καὶ ἐκ θεοῦ προβληθέντα βασιλέα προσκυνῶ, καὶ αἰτοῦμαι φείσασθαί μου τῆς ἀσθενείας καὶ συγχωρῆσαί με εἰς τὸν ὑπ' ἐμοῦ κτισθέντα τῶν Ἐλευθερίου οἶκον, εἰς ψυχαγωγίαν τῆς ἀσυγκρίτου μου συμφορᾶς. » Ὁ δὲ ἔφη· « Καὶ εἰ τοῦτο θέλεις σοι γενέσθαι ὅμοσόν μοι μὴ ἀποκρύψαι τι τῶν θησαυρῶν, καὶ πᾶσάν σου θεραπείαν ποιῶ. » Ἡ δὲ ὤμοσεν αὐτῷ, ὑποδείξασα καὶ πλοῦτον πολύν. Ὁ δὲ τοῦ ποθουμένου τυχὼν παρευθὺ ἐξώρισεν αὐτὴν ἐν τῇ Πριγκήπῳ (28), εἰς ὃ αὐτὴ ᾠκοδόμησε μοναστήριον. Ἰδὼν δὲ πάντας τοὺς ἐν τέλει λυπουμένους ἐπ' αὐτῇ διὰ τὴν ἀπληστίαν αὐτοῦ, φοβηθεὶς μή ποτε οἱ λαοὶ μεμνημένοι τῶν εὐεργεσιῶν αὐτῆς μέλλωσι πάλιν αὐτὴν ἀναγορεύειν, χειμῶνος ἐπικειμένου βαρυτάτου οὐκ ὤκτειρεν αὐτὴν, ἀλλ' ἐξώρισεν εἰς Μιτυλήνην, φρουρεῖσθαι αὐτὴν προστάξας. Τῇ δὲ ϑ' τοῦ Αὐγούστου μηνὸς ἐκ λύπης καὶ ἀθυμίας ἐτελεύτησεν ἐν τῇ αὐτῇ Λέσβῳ. Μετεκόμισε δὲ τὸ σῶμα αὐτῆς ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ μονῇ τῆς Πριγκήπου ἣν αὐτὴ ᾠκοδόμησε. Σφόδρα γὰρ εὐσεβὴς καὶ φιλάρετος οὖσα πολλὰ ξενοδοχεῖα καὶ γηροκομεῖα καὶ μοναστήρια κατεσκεύασε, καὶ φόρων κουφισμοὺς καὶ ἄλλα πλεῖστα κατωρθώσατο. Κωνσταντῖνον δὲ τὸν υἱὸν αὐτῆς, φιλαργυρίᾳ μᾶλλον ἀγόμενος ἢ οἴκτῳ, προσελάβετο συνέστιον αὐτῷ, οἰόμενος πλοῦτον ἐγκεκρυμμένον φανερώσαι αὐτῷ. Ὁ δὲ φιλοχρονούμενος ὑπ' αὐτοῦ κουφότητι γνώμης ὑπέδειξεν αὐτῷ τὸν ἐν τῷ ἡμικυκλίῳ, ὃ νῦν λέγεται Σίγμα, θησαυρὸν ἀνακτισθέντα δι' ὀρθομαρμαρώσεως (29). Καὶ τοῦτον ἀφελόμενος καὶ αὐτὸν ὁμοίως τῇ μητρὶ αὐτοῦ παρεῖδε. [P. 476] Νικήταν τε τὸν Τριφύλλιον ἀξίως τῆς ἑαυτοῦ γνώμης ἀμειβόμενος, ὡς συναγωνισθέντα αὐτῷ εἰς τὸ κατασχεῖν τὴν βασιλείαν, φαρμάκῳ ἀνεῖλεν, εὖ γε τῆς ἀξίας ἀνταποδιδούς.

A promittens, si de thesauris suis certiorem ipsum redderet, de summa se ei quiete prospecturum. Illa autem prudente animo eum qui heri perjurus servus fuerat, hodie tyrannidem gerebat, sic affata est : « Heus tu, Deum ego agnosco fuisse qui me ad imperium hoc evexerit, me vero meis delictis meruisse, ut eo exciderem. In his omnibus laus sit divino nomini. Neque vero tu nescis delata ad me fuisse de tuis insidiis indicia, quibus si credidissem, nemine vetante interficere te poteram : sed partim juramentis tuis fidem adhibens, partim tibi parcens, ista omnia neglexi, Deo te relinquens, quo auctore reges regnant et principes dominantur. Nunc etiam tibi ut pio et a Deo ad imperium evecto imperatori supplico, petens ut meæ imbecillitatis rationem habens, patiaris me inhabitare domum Eleutherianam a me conditam, quo incomparabilem meam consoler calamitatem. » Ad hæc Nicephorus respondit, quando ita cupiat, se per omnia ei liberalissime gratificaturum : **831** juraret modo nullum se thesaurum celaturam. Juravit Irena, et magnas ei opes commonstravit. Sed Nicephorus optatis potitus, statim eam relegavit in monasterium quod in Principis appellata in sula ipsa condiderat. Cernens deinde insatiabilem suam avaritiam omnibus proceribus molestam esse, in metum venit ne populus aliquando Irenam, memoria acceptorum ab ea beneficiorum motus, ad imperium revocaret ; idcirco eam absque omni miseratione Mitylenem relegavit, gravissima imminente tempestate. Atque ibi illa in Lesbo insula ex animi ægritudine decessit, 9 Augusti die. Corpus ejus imperator in monasterium Principis retulit, quod ab ea fuisse ædificatum ostendimus. Nam pro insigni pietate ac virtute sua multa pro recipiendis peregrinis et fovendis senibus ædificia, multa monasteria condiderat, annonam quoque leviorem redegerat, aliaque multa præclara facta ediderat. Porro Nicephorus Constantinum Irenes filium, avaritia magis ductus quam misericordia, in suum contubernium recepit, spe thesaurorum ab eo percipiendi indicia : et quidem comiter ab eo tractatus Constantinus, ut erat futili ingenio, demonstravit ei thesaurum in Semicirculo (Sigma hodie vocant) abditum, sub erectis marmoribus constructo muro ; quem nactus Nicephorus istum non secus ac matrem neglexit. Nicetam vero Triphyllium, cujus strenua opera in imperio acquirendo usus fuerat, præclare scilicet relata gratia, veneno sustulit.

Βαρδάνιος δὲ τῆς Ἀνατολῆς στρατηγὸς ὢν ἐν ἑαυτῷ ἐφρόντιζε τῆς βασιλείας ἐπιλαβέσθαι. Τὴν διατριβὴν δὲ ἐν τῷ Φιλομηλίῳ ποιούμενος μοναχῷ τινι τῶν προγνώσεως ἠξιωμένων τὰ τῆς βουλῆς ἀνακοινοῦται, συνίστορα ἔχων Λέοντα τὸν Ἀρμένιον. Ἀκούσας δὲ οὗτος ὁ Βαρδάνιος παρὰ τοῦ μοναχοῦ τὴν τῆς αὐτοῦ

832 Eo tempore Bardanius quidam Orientis dux, de imperio sibi vindicando cogitans, cum degeret Philomelii, consilium suum monacho cuidam, quem futurorum præscientia Deus dignatus fuerat, aperit, conscio rei Leone Armenio. Prædixit ei monachus, si imperium affectaret, et opibus

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(28) Zonaram secutus sum, tametsi noster crebro ita appellat. Xyl. — Τῇ Πριγκήπῳ. Proprotidos insula infra Cpolim, in Astaceno sinu, Goar.

(29) *Arcus ædificii* semicirculum et antiquum σίγμα C refert, et junctis inter se marmoribus construitur. *Sub erectis marmoribus constructus murus* inconditum est Xylandri ædificium. Goar.

suis et oculis spoliatum iri. Cum tristis discederet Bardanius famulique equos adducerent in hos intuitus monachus reverti ad se Bardanium jussit, sperantique aliquid se eorum quæ cupiebat auditurum, denuo præcepit ne de potiundo imperio quidquam cogitaret : nam sive id ultro sive aliter tentaturus esset, fore ut cum opibus oculos amittat; cæterum ex iis qui equos adduxissent, primum et secundum diademate polituros : tertium quoque imperatorem declaratum iri, sed statim periturum, minime consecutum quod cupiverat. Bardanius hoc responsum Leoni, Michaelo et Thomæ recitavit : « Tu quidem, o Leo, inquiens, imperator, et Thomas imperator designatus, a Michaelo interficiemini, isque imperium tenebit : sic enim mihi monachus vaticinatus est. » Non multo post tempore aliquot exercitus crebris Nicephori exactionibus coacti ab imperatore desciverunt, Bardaniumque cognomento Turcum imperatorem crearunt. Qui tametsi metu periculi sibi denuntiati **833** recusaret, compulsus tamen et effugiendi facultate destitutus Chrysopolin venit, ibique salutatus est imperator. His factis, Leo et Michaelus ad Nicephorum se contulerunt : horum alter fœderatorum, alter comitis cohorti præficitur. Thomas vero ut fidem domino suo servaret, nullum periculum reformidavit ; mox autem Bardanius, ut erat Dei metuens, veritus ne civili bello causam præberet, missis clam ad Nicephorum nuntiis impunitatem postulat, eaque impetrata per noctem navigio profugit, et in monasterium Heraclii, quod est in Catabolio, delatus ibi monachus est factus. Populus, qui sub eo fuerat, domum discessit. At imperator missa celoce simulat se Bardanium Cpolin evocare ; qui cum venisset in Protam insulam, ad monasterium quod ibi in suburbano construxerat, ex mente voluntateque imperatoris oculi ei a Lycaonibus quibusdam eruuntur. Et Nicephorus id factum sibi dolere simulans juramento omnibus confirmat se in culpa ejus non esse, cum ne alias quidem unquam verum jurasset.

Anno 2 Stauracium filium suum coronat, hominem neque forma neque animo neque viribus nobilem. Eodem anno in Arabes exercitum duxit ; victusque et propemodum ab hostibus captus (quidam enim ducum fortissimi ægre eum eripuerunt) cum dedecore domum rediit.

περιουσίας ἀφαίρεσιν καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὴν πίρωσιν, εἰ τοῦτο κατατολμήσειεν ὑποστήσεσθαι, μετὰ λύπης ὑπέστρεψεν. Ὡς δὲ τοὺς ἵππους αὐτῷ προσεκόμισαν οἱ τούτῳ ἐξυπηρετούμενοι, τούτοις ὁ μοναχὸς ἐνατενίσας ὑπονοστεῖν προσφωνεῖ τὸν Βαρδάνιον. Ὁ δὲ προσδοκήσας τι τῶν αὐτῷ καταβιμίων μέλλειν εἰπεῖν τὸν μοναχὸν, ἤκουσε παρ' αὐτοῦ τοῦ· « Μηδὲν σοι πεφροντισμένον ἔστω περὶ τῆς βασιλείας. Κἂν τε γὰρ ἐκόντι κἂν τε μή, μὴ τοῦτο κατατολμήσεις. Εἰ τοῦτο δὲ πειραθῇς, τῶν σῶν ὀμμάτων, ὡς ἔφην, καὶ τῆς ὑπάρξεως ὑποστήσῃ τὴν ἀλλοτρίωσιν. Οἱ δὲ τοὺς ἵππους σοὶ κομίσαντες, τούτων ὁ πρῶτος καὶ ὁ δεύτερος διαδηματοφορήσουσι, καὶ ὁ τρίτος ἀναγορευθεὶς ταχέως ἀπολεῖται, μὴ τυχὼν ὧν ἐφίεται. » Ὁ τοίνυν Βαρδάνιος τὰ τοῦ λογισμοῦ αὐτῷ τε τῷ Λέοντι καὶ Μιχαὴλ καὶ Θωμᾷ παρεδήλου, φάσκων τοιάδε· « Σὺ μὲν, ὦ Λέον, βασιλεύσας, καὶ ὁ Θωμᾶς ἀναρρηθεὶς, παρὰ Μιχαὴλ φονευθήσεσθε (οὕτω γὰρ ὁ μοναχὸς ἐξεῖπέ μοι), μόνου τοῦ Μιχαὴλ διαφυλαχθησομένου ἐν τῇ βασιλείᾳ. » Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ τῶν θεμάτων (30) πολλὰ καταναγκαζομένων διὰ τὰς ἐπιτεθείσας αὐτοῖς ἀπαιτήσεις παρὰ Νικηφόρου ἀποσκιρτήσαντες ἀνηγόρευσαν βασιλέα Βαρδάνιον, ᾧ ἐπίκλην Τοῦρκος Ὡς γε δυσφοριῶν ἐπὶ τούτῳ παρητεῖτο, μὴ δυνηθεὶς δὲ διαδρᾶναι βιαζόμενος ὑπ' αὐτῶν κατῆλθεν ἐν Χρυσοπόλει εὐφημούμενος. Τούτων δὲ γενομένων, Λέων καὶ Μιχαὴλ τῷ βασιλεῖ προσεβρύησαν, ὧν ὁ μὲν τῆς τῶν φοιδεράτων (31), ὁ δὲ τῆς τοῦ κόμητος κόρτης (32) τὴν ἀρχὴν ἐγχειρίζονται. Θωμᾶς δὲ μέχρι κινδύνων τῷ ἰδίῳ δεσπότῃ ἀφοσιοῖ τὰ τῆς πίστεως. Εἶτα τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ἐν καρδίᾳ κεκτημένος ὁ Βαρδάνιος, καὶ δεδιὼς μήπως δι' αὐτὸν ἐμφύλιος γένηται πόλεμος, λάθρα πρὸς τὸν βασιλέα ἐκπέμπει λόγους ἀπαθείας ζητῶν· καὶ λαβὼν ναυσιπόρος διέδρα νυκτὸς, καὶ ἀπελθὼν ἐν τῷ Καταβολίῳ (33) εἰς τὴν τοῦ Ἡρακλείου μονὴν γέγονε μοναχός. Ὁ δὲ μετ' αὐτοῦ λαὸς υἱκαδε ᾤχετο. Σχηματισάμενος δ' ὁ βασιλεὺς ἀγαγεῖν τὸν Βαρδάνιον ἐν τῇ πόλει δρόμωνα ἐξαπέστειλε. Τοῦ δὲ παραγενομένου ἐν τῇ Πρώτῃ (34) νήσῳ πρὸς τὴν μονὴν ἣν αὐτὸς κατεσκεύασε, προάστειον οὖσαν αὐτοῦ, ἐκτυφλοῦται ὑπὸ Λυκαόνων τινῶν γνώμῃ τοῦ βασιλέως. [P. 477] Διὸ ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ ὑποκρίσει δῆθεν λυπηθεὶς, πάντας μεθ' ὅρκων ἐπληροφόρησεν ἀναίτιον αὐτὸν εἶναι τοῦ τοιούτου δράματος ὁ μηδέποτε εὐορκήσας.

Τῷ β' ἔτει ἔστεψε τὸν υἱὸν αὐτοῦ Σταυράκιον, ἀπρόσωπον (35) ὄντα τῇ τε ἰδέᾳ καὶ γνώμῃ καὶ ῥώμῃ. Τούτῳ τῷ ἔτει ἐξῆλθε κατὰ Ἀράβων, καὶ μετ' αἰσχύνης ἡττηθεὶς ὑπέστρεψε, παρὰ μικρὸν συσχεθεὶς καὶ αὐτὸς, εἰ μή τινες τῶν ἀρχόντων ἀνδρειότατοι τοῦτον μόλις περιεσώσαντο.

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(30) *Exercitus*, quod provincias etiam alias designat. Sed Zonaras scribit Ἕξ τάγματα, exercitus Orientis, eum creasse imperatorem. XYL.

(31) Pro φοιδεράτων, quod nihil (puto) significat, φοιδεράτων ex conjectura legi, quanquam rursus in Leone Armenio φοιδεράτων legatur. Sed ibi Zonaras φοιδεράτων habet. XYL.

(32) Qui *comes cortinariorum* a Codino dicitur : ὑπηρετοῦσι δὲ οἱ κορτινάριοι εἰς τὴν τοῦ βασιλέως σκηνήν. Et iterum : εἰσὶ καὶ κορτινάριοι ἔχοντες καὶ οὗτοι ἔνοχον, ὃς κόμης καλεῖται. GOAR.

(33) Si non proprium, portum aut stationem navium denotare videtur. XYL. — Ciliciæ urbs est. Anton. GOAR.

(34) Juxta urbem, Propontidos insula. GOAR.

(35) Ineptum, nullius pretii, *ungemacht* oder *ungeschaffen*, ut nos loquimur. Zonaras rem explicavit disertius. XYL. — *Fatuum* et *inertem*, qui ne quidquam agere aut moliri potest. GOAR.

Τῷ γ' ἔτει εὑρών μικρὰν ἄδειαν ἔκτισεν Ἄγκυ- A ραν Γαλατίας καὶ τὴν Ἀνδρασών.

Τῷ δ' ἔτει Ταράσιος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως ἀπεβίω ἐνδόξως, καὶ ἐτάφη ἐν τῷ ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντι μοναστηρίῳ ἐν τῷ Στενῷ. Τῇ δ' τῆς πρώτης ἑβδομάδος τῶν Νηστειῶν καὶ τῇ μεγάλῃ Κυριακῇ ἐχειροτονήθη Νικηφόρος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης ἀπὸ ἀσηκρήτις, ψήφῳ παντὸς λαοῦ καὶ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἱερέων. Πλάτων δὲ καὶ Θεόδωρος ἡγούμενος τῶν Στουδίου οὐ συνηυδόκησαν τῇ χειροτονίᾳ Νικηφόρου, ἀλλὰ καὶ σχίσμα ἐποίησαν, αἰτίαν ὅθεν εὔλογον ἔχοντες τὸ μὴ δεῖν ἀπὸ λαϊκῶν ἁθροως εἰς ἐπίσκοπον ἀνατρέχειν· οὓς ὁ βασιλεὺς τῆς πόλεως ἀπελάσαι βουληθεὶς ἀνετράπη παρά τινων. Καὶ οὐκ ἦν τὸ πρᾶγμα ξένον οὐδὲ προσῤᾳτως ἐπινοηθέν, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ ἄλλοι ἀπὸ λαϊκῶν ἐπεσκόπησαν, ἀξίως τῷ Θεῷ ἱερατεύσαντες. Τούτῳ τῷ ἔτει Ἀαρὼν τῶν Ἀράβων ἀρχηγὸς ἐπεστράτευσε κατὰ Ῥωμανίας μετὰ χιλιάδων τ', καὶ ἐλθὼν ἐς τὰ Τύανα ᾠκοδόμησεν οἶκον τῆς βλασφημίας αὐτοῦ, καὶ παρέλαβε κάστρα ἄπειρα. Ἀπέστειλε δὲ κοῦρσον (36) ξ' χιλιάδας ἕως Ἀγκύρας, καὶ ἀφανίσας πάντα ὑπέστρεψεν. Ἐξῆλθε δὲ καὶ ὁ Νικηφόρος ἐν ἀπογνώσει τὰ γενναῖα τῆς ταλαιπωρίας ἐπιδεικνύμενος, καὶ δὴ σκεψάμενος πέμπει πρὸς αὐτὸν εἰρήνην γενέσθαι, δηλώσας οὕτως· « Ἵνα τί ἐπιχαίρεις ταῖς ἀδικίαις καὶ ταῖς αἱματεκχυσίαις, μὴ ἀρκούμενος εἰς τὰ ἴδια, ἀλλὰ παραβαίνεις ὅρκους ἀρχαίους καὶ πατρῴους ; πόθος γάρ σοι προφήτης θεῖος ταῦτα ποιεῖν εἴρηκεν ; Οὐχὶ Μουχούμετ ὁ προφήτης σου παρήγγειλεν ὡς ἀδελφὸν ἔχειν Χριστιανὸν πάντα καὶ λέγειν ; Μὴ γὰρ ὁ πάντων Θεὸς, ὁ Δημιουργὸς καὶ προνοητὴς ἀμφοτέρων, αἵμασιν ἀνθρώπων ἀδίκως ἐκχυνομένοις χαίρει ; Μὴ γένοιτο ! Ἵνα ἀργυρίου καὶ χρυσίου καὶ τῶν λοιπῶν ὑστερούμενος ἐξῆλθες ἀδικῆσαι τοὺς μηδὲν ἀδικήσαντάς σε ; Καίτοι γε τὰ κάλλιστα καὶ ἡμῖν δυσπόριστα καὶ ἐπέραστα κατακόρως ἔχεις. Εἰ δέ τινος τῶν ἡμετέρων ἐνδεὴς εἶ, αὐτίκα παρέξομεν φιλοστοργίας τρόπῳ. [P. 478] Μὴ τοίνυν ὡς ἀθάνατοι καὶ ἄθεοι κατ' ἀλλήλων στρατευώμεθα, καὶ τὸν ἐκ δαιμόνων κατ' ἀνθρώπων πόλεμον ἐν φθόνου μιμώμεθα, γινώσκοντες ὅτι μικρὸν ὕστερον τελευτήσομεν καὶ πρὸς κριτὴν ἀδέκαστον ἀπελευσόμεθα, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, » Ταῦτα τοῦ βασιλέως Νικηφόρου ἐπιστείλαντος μετὰ δώρων τινῶν, ὁ Ἄραψ ἀγαθυνθεὶς καὶ ἀνταποστείλας δῶρα πλεῖστά τε καὶ θαυμασια μετ' εἰρήνης ὑπέστρεψε, τὴν Νικηφόρου σύνεσιν ὑπερθαυμάζων. Καὶ στοιχήσας κατ' ἔτος τελεῖσθαι αὐτοῖς νομίσματα χιλιάδας λ', καὶ ἀνὰ τρία νομίσματα αὐτὸν τὸν βασιλέα καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ἐν ταξει κεφαλητίωνος (37), καὶ μηδὲ τὰ παραλιφθέντα ὑπ' αὐτοῦ κάστρα κτισθῆναι, ἀπῆει. Τούτων δὲ ὑποστρεψάντων εὐθέως ὁ βασιλεὺς ἔκτισεν αὐτὰ καὶ κατωχύρωσεν. Ὅπερ μαθὼν ὁ Ἀαρὼν ἀποστείλας πάλιν εἶλε τὴν Θήβαν, καὶ πέμψας στόλον εἰς Κύπρον τά, τε ἐκκλησίας κατέστρεψε καὶ

834 Anno 3, aliquantulum otii nactus, Ancyram Galatiæ Thebamque et Andrasum condidit.

Anno 4 Tarasius sanctissimus Cpolis patriarcha honeste vitam clausit, sepultusque est in monasterio quod ipse extruxerat in Angustiis. Quarta die primæ septimanæ Jejuniorum, et magna Dominica Nicephorus secretarius creatur sanctissimus patriarcha, totius populi, imperatoris et sacerdotum suffragiis. Plato autem et Theodorus Studiani collegii præfectus eam electionem improbaverunt et discessionem fecerunt, probabili usi argumento, non debere scilicet subito aliquem de laico episcopum fieri. Quos imperator urbe ejecisset, nisi consilium ejus quidam inflexissent. Sane id neque novum neque recens excogitatum fuit factum, cum B multi etiam alii de laicis episcopi creati Deo convenienter se in eo munere tractaverint. Hoc anno Aaron Arabum dux in Romanam ditionem trecenta millia duxit, cumque Tyana pervenisset, ædem ibi suæ impietati posuit. Infinita castra cepit; emisitque sexaginta millia, qui incursionibus Ancyram usque vagati sunt, evastatisque in quæ incideret omnibus, domum rediit. Eduxit suos etiam Nicephorus, desperatis jam rebus suam virtutem ostendens; initoque consilio, ad Arabem pacis impetrandæ causa litteras scripsit, quarum exemplum sequitur: «Quorsum injustitia et cædibus gaudes non contentus tuis, finesque veteres et paternos transis? Quisnam divinus vates hæc te **835** agere jussit? Nonne Muchumetus tuus vates omnem Christianum te pro fratre habere atque agnoscere jubet? An C omnium opifex, Deus, et utrumque curam gerens, sanguine hominum injuste fuso delectatur? Absit! An ideo exiisti domo, injuria affectum eos a quibus læsus non es, quia auro, argento aliisve rebus indigeas? Atqui pretiosissima quæque et nobis magni æstimata paratuque difficilia abunde possides. Quodsi qua re nostra opus habes statim nos eam tibi amanter prebebimus. Non ergo, perinde ac si immortales essemus nullique Deo subditi, inter nos depugnemus, malorum dæmonum bella adversus homines imitati, cum sciamus paulo post nos morituros, et coram judice, qui corrumpi se non patitur, comparituros, qui cuivis dignam suorum factorum mercedem reddet. » His litteris, D quibus et dona quædam erant adjecta, placatus Arabs plurima et mirabilia munera vicissim Nicephoro misit, admiratus ejus acumen, et pace facta discessit. Pactum autem fuit ut Romani Arabibus quotannis triginta millia nomismatum penderent, et terna ipse imperator ejusque filius nomismata, loco census in capita, neve Romani castra ab Arabibus capta reficerent. Enimvero Arabibus digressis statim ea Nicephorus instauravit atque muniit. Quo cognito Aaron rursum misso exercitu Thebam cepit missaque in Cyprum classe templa evertit et

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(36) Κοῦρσος *piraticum navale*. GOAR.
(37) Videatur auctor p. 467 anno Leonis Isauri 16. GOAR.

Cyprios pepulit, magnaque parta præda pacem discidit.

836 Anno sexto Arabes cum classe Rhodum appulerunt, multisque captis hominibus castellum occupare nequiverunt. In reditu cum Myra venissent, conati sacram divi Nicolai cistam confringere, aliam prope sitam ejus loco comminuerunt. Statimque classem magna ventorum procella et maritimorum fluctuum impetus tonitruumque et fulgurum promiscua tempestas invasit, multasque naves contrivit, ita ut sancti viri potentiam multitudo intellexerit et præter spem exitium evitaverit.

Anno 7 Theodorus Studiani collegii præfectus ejusque frater Josephus Thessalonicæ archiepiscopas, cum Platone incluso et reliquis monachis, se a commercio beati patriarchæ Nicephori absciderunt propter Josephum dispensatorem, quod is contra leges Constantinum et Theodotam coronasset. Imperatore arrepta occasione, multis episcopis et primariis viris convocatis, effecit ut contra illos concilium haberetur; quod eos et monasterio et urbe ejecit atque relegavit. Eodem anno cum ad Strymonem stipendia multitudini solverentur, Bulgari subito irruentes ea interceperunt, auri libras 1100, ducemque cum exercitu occiderunt, et rapto tuldo discesserunt. Eo ipso tempore Crumus Bulgarorum princeps Sardicam cepit et sex millia militum necavit. Nicephorus autem expeditione contra eum facta magnum et memorabile nihil egit. **837** Elapsos quidem fuga duces veniam poscentes, ea non diguans, transfugere ad hostes coegit. Fuit inter eos Euthymius spatharius mechanicus. Orta contra se seditione, plerosque donis delinitos postmodo publicationibus bonorum et exsiliis ultus est. Idem ut exercitus deprimeret, quod non mali excogitavit adversus Christianos? Primo enim Christianos ex omnibus regionibus in Slaviniam coegit demigrare, et eorum habitationes divendidit; quæ res nihil ab hostili captivitate abfuit, omnibus in summas angustias conjectis. Secundum maleficium, imperavit ut egeni militarent, iisque a vicinis arma et stipendia in singulos 18 nomismatum darentur, ac census

τοὺς Κυπρίους μετέστησε, καὶ πολλὴν ἄλωσιν ποιήσας τὴν εἰρήνην διέστρεψε.

Τῷ ς' ἔτει οἱ Ἄραβες μετὰ στόλου τὴν Ῥόδον κατέλαβον, καὶ πολλοὺς αἰχμαλωτίσαντες τὸ φρούριον κρατῆσαι οὐκ ἴσχυσαν. Ἐν δὲ τῷ ἐπανέρχεσθαι αὐτοὺς ἐλθόντες εἰς τὰ Μύρα, τὴν ἱερὰν τοῦ ἁγίου Νικολάου λάρνακα πειραθέντες συντρῖψαι, ἄλλην ἀντ' ἐκείνης πλησίον κειμένην συνέτριψαν· αὐτίκα τε πολλὴ ἀνέμων θύελλα καὶ θαλαττίων κυμάτων ῥοπὴ βροντῶν τε καὶ ἀστραπῶν ἀνωμαλία τὸν στόλον κατέλαβεν, ὡς ἱκανὰ συντριβῆναι σκάφη, αὐτόν τε τὸν λαὸν ἐπιγνῶναι τὴν τοῦ ἁγίου δύναμιν, καὶ παρ' ἐλπίδα τὴν κάκωσιν ἐκφυγεῖν.

Τῷ ζ' ἔτει Θεόδωρος ὁ ἡγούμενος τῶν Στουδίου καὶ Ἰωσὴφ ὁ αὐτάδελφος αὐτοῦ ἀρχιεπίσκοπος Θεσσαλονίκης, ἅμα Πλάτωνι ἐγκλείστῳ καὶ τοῖς λοιποῖς μοναχοῖς, τῆς κοινωνίας Νικηφόρου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου ἀπέσχισαν διὰ Ἰωσὴφ τὸν οἰκονόμον ὡς παρανόμως στεφανώσαντα Κωνσταντῖνον καὶ Θεοδότην (38). Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀφορμῆς δραξάμενος, ἐπισκόπους πολλοὺς καὶ ἡγουμένους ἀθροίσας, σύνοδον κατ' αὐτοῦ κροτηθῆναι ἐκέλευσε, δι' ἧς ἐξεβλήθησαν τῆς μονῆς καὶ τῆς πόλεως, ἐξορίᾳ παραπεμφθέντες. Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ῥόγας διδομένης τῷ λαῷ ἐν Στρυμόνι, ἐπιπεσόντες οἱ Βούλγαροι ταύτην ἀφείλοντο, χρυσίου λίτρας χιλίας ἑκατόν, καὶ τὸν στρατηγὸν ἅμα, τῷ λαῷ κατέσφαξαν, καὶ λαβόντες τὸ τοῦλδον ὑπέστρεψαν. Τῷ αὐτῷ χρόνῳ Κροῦμος ὁ τῶν Βουλγάρων ἀρχηγὸς τὴν Σαρδικὴν παρέλαβε, καὶ χιλιάδας ς' στρατιωτῶν κατέσφαξεν. Ὁ δὲ Νικηφόρος θῆθεν κατ' αὐτοῦ ἐξελθὼν ἀξιόλογον μὲν οὐδὲν ἐποίησε, τοῖς δὲ περισωθεῖσιν ἐκ τῆς φυγῆς ἄρχουσιν αἰτοῦσι λόγον σωτηρίας μὴ δοὺς τοῖς ἐχθροῖς προσφυγεῖν ἐβιάσατο, ἐν οἷς ἦν Εὐθύμιος σπαθάριος μηχανικός, [P. 479] Στάσεως δὲ ἐπ' αὐτῷ γινομένης, δώροις τοὺς πλείονας ὑποκλέψας ὕστερον ἐκάκωσε δημεύσεσι καὶ ἐξορίαις καθυποβαλών. Σκεψάμενος δὲ ταπεινῶσαι τὰ στρατεύματα, ποῖον δεινὸν κατὰ Χριστιανῶν οὐκ ἐπενόησε (39); Προσέταξε γὰρ τοὺς Χριστιανοὺς ἐκ παντὸς θέματος ἐπὶ τὰς Σθλαβινίας μετοικίζεσθαι, τὰς δὲ τούτων στάσεις πιπράσκεσθαι· καὶ ἦν αἰχμαλωσίας οὐκ ἔλαττον τὸ πρᾶγμα· Ἐν ἀμηχανίᾳ τοὺς

XYLANDRI ET GOARI NOTÆ.

(38) Ante hæc verba haud dubie aliquid excidit. Nam neque Josephus œconomus neque Nicephorus patriarcha, sed hujus antecessor Tarasius patriarcha Theodotam a Constantino repudiata Marina ductam coronavit. Sed jam tum Platonem communione Tarasii abstinere cœpisse scribit, rursumque Nicephori subrogationem deinde improbasse, nimirum ambitione impulsum; quod Zonaras non dissimulat. Ergo imperator, qui ante ob dissidium cum Tarasio hunc Platonem sciret a Constantino in carcerem (quod annotavit idem) conjectum, tum quoque de eo cum sociis tandem ejiciendo per occasionem egit. Josephus autem œconomus quid ad eam rem conduxerit, non liquet. Xyl. — Proprie: *quod is, adversante legum sacrarum jure, nupt·alibus coronis impositis Constantinum et Theodot·m conjugio copulasset.* Non is ipse vero Nicephorus nuptiis interfuit aut benedixit, sed Josephus *œconomus* ab auctore vocatus, a Theophane *monasterii Concaratæ monachus et abbas*, qui jussu Tarasii vi a Constantino compulsi nuptialis benedictionis ritum est exsecutus. Quem quia Nicephorus Tarasii successor et fautor protegeret ac ecclesiastica communionis socium faceret, Plato et Studitæ monachi, nefandæ illius copulæ perpetui adversarii, velut ecclesiastici juris violaturem habebant, nec ullum deinceps sacramenti consortium cum eo vel cum Nicephoro retinere decreverunt. His attentis cuncta Xylandri diluuntur dubia, quidque in eo conjugio Josephus præstiterit liquet. Modus porro loquendi de nuptiis sub coronationis voce iterum observandus. Goar.

(39) Paulo post, cum Cedrenus decem invectas imperio calamitates a Nicephoro memorat, librarius annotavit sub eo quoque decem plagas Romanorum imperio immissas, respiciens nimirum ad Ægyptias: Ὅρα καὶ ὑπὸ Νικηφόρου τῇ Ῥωμανίᾳ ἐπενεχθεῖσαν δεκάπληγον. Xyl.

πάντας γεγονότας, δευτέραν σὺν ταύτῃ κάκωσιν προσέταξε στρατεύεσθαι πτωχοὺς, καὶ ἐξοπλίζεσθαι αὐτοὺς παρὰ τῶν ὁμοχώρων, παρεχόντων ἀνὰ ιϛ' νομίσματα καὶ πρὸς τὸν δημόσιον ἀλληλεγγύως τὰ δημόσια αὐτῶν. Τρίτη κακόνοια ἐποπτεύεσθαι πάντας, καὶ ἀναβάζεσθαι τὰ τούτων δημόσια τέλη, παρέχοντας καὶ χαρτιατικοῦ (40) ἕνεκα ἀνὰ κεράτια δύο. Τετάρτη πληγὴ, τοὺς κουφισμοὺς πάντας ἀναβιβάζεσθαι προσέταξε. Πέμπτη συμφορὰ, τοὺς τῶν εὐαγῶν οἴκων παροίκους, τοῦ τε ὀρφανοτροφείου, ξενώνων, γηρωκομείων, ἐκκλησιῶν, μοναστηρίων, βασιλικῶν, τὰ καπνικὰ (41) ἀπαιτεῖσθαι ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους τῆς αὐτοῦ τυραννίδος, τὰ δὲ κρείττονα τῶν κτημάτων εἰς τὴν βασιλικὴν κουρατωρείαν (42) αἴρεσθαι, τὰ μέντοι τέλη αὐτῶν ἐπιτίθεσθαι τοῖς ἐναπομείνασιν εἰς τοὺς αὐτοὺς εὐαγεῖς οἴκους, ὡς διπλοῦσθαι πολλῶν τὰ τέλη, τῶν οἰκήσεων στενουμένων, καὶ τῶν χωρίων καὶ ἐξοικεῖν. Ἕκτη τυραννὶς, σκοπεῖσθαι παρὰ τῶν στρατηγούντων τοὺς ἀθρόως ἐκ τῆς πτωχείας ἀνακτισθέντας, καὶ ἀπαιτεῖσθαι χρήματα ὡς εὑρετὰς θησαυρῶν. Ἑβδόμη κάκωσις, τοὺς πρὸ κ' χρόνων εὑρηκότας καὶ μέχρι τῆς δεῦρο πίθον ἢ σκεῦος ὑτιοῦν καὶ αὐτοὺς ἐξαργυρίζεσθαι. Ὀγδόη ἀδικία, τοὺς ἐκ πάππων ἢ προπάππων κληρονομήσαντας διαιρεθέντας ἐκ τῶν αὐτῶν κ' χρόνων ἐξαναδιδόναι τῷ δημοσίῳ, καὶ τοὺς ὠνησαμένου ἔξω τῆς Ἀβύδου σώματα οἰκετικὰ ἀνὰ δύο νομίσματα τελέσαι προσέταξε, μάλιστα τοὺς κατὰ τὴν Δωδεκάνησον (43). Ἐννάτη παράνοια, τοὺς τὰς παραθαλασσίους οἰκοῦντας, μάλιστα τῆς μικρᾶς Ἀσίας, ναυκλήρους, μηδέποτε γηπονικῶς ζήσαντας, ἄκοντας ὠνεῖσθαι ἐκ τῶν καθαρπαγέντων παρ' αὐτοῦ κτημάτων, ὡς ἂν ἐκτιμηθῶσι παρ' αὐτῶν. Δεκάτη ἀθεΐα, τοὺς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπισήμους ναυκλήρους συναγαγὼν δέδωκεν ἐπὶ τόκῳ σετραχεράτου τὸ νόμισμα ἀνὰ χρυσίου λίτρας δώδεκα, τελοῦντας καὶ τὰ συνήθη κομμέρκια (44). Ταῦτα ἐκ τῶν πολλῶν ὡς

A præterea publicus eorum nomine penderetur. Id Allelengyum vocabatur, quod alteri pro alteris tributi nomine sponsores essent. Tertio omnium bona inspici indeque censum in publicum exigi jussit, nomine chartiatici præterea exactis in singulos duobus ceratiis Quarto omnes onerum relexationes sustulit. Quinta calamitas, quod ab omnibus sacris ædibus, paræciis, pupillis educandis destinata domo, hospitalibus, ad senes fovendos factis ædibus, fumarium tributum exegit inde ab initio sui imperii. Meliora de eorum bonis in fiscum suum transferri jubebat: nihilominus tamen tributum de his pendendum iis imponebatur quæ reliquerat in iis ipsis sacris domibus, ut multis tributum duplicaretur, interim habitationibus ita exinanitis, ut inde emigrare **838** cogerentur. Sextum tyrannicum institutum, quod a prætoribus inspici res eorum jussit qui ex pauperie subito ad opes pervenissent, ab iisque, veluti qui thesauros invenissent, pecuniam postulari. Septimum, quod emunxit etiam hos pecunia qui a viginti retro annis ad præsens usque tempus dolium aut vas aliquod aliquando reperissent. Octavum, qui ab avis vel proavis hæreditatem percepissent, etsi ea divisa jam inde a 20 annis esset, eos pensionem in publicum conferre coegit. Utique ii qui extra Abydum mancipia emebant, de singulis duo nomismata solverent, maxime Dodecanesum (ita duodecim insularum civitas vocatur) incolentes. Nonum, naucleros maritima, præsertim minoris Asiæ, inhabitantes, et nunquam agriculturam expertos, invitos coegit emere prædia quæ aliis ipse eripuerat, indeque tributum solvere. Decimum, illustres Cpoli naucleros in unum conduxit, iisque duodecim cuique libras auri tradidit ea lege, ut in singula nomismata usuræ nomine quatuor ceratia solverent, cum nihilominus reliqua etiam vectigalia navigiorum ab iis penderentur. Hæc ex multis pauca compendio annotavi, ex quibus ejus ad omne lucri

XYLANDRI ET COARI NOTÆ.

(40) Chartiaticum quid sit, sane ignoro. Fortassis exactio fuit ad sustentationem scribarum et cancellariæ, ut vocant. Xyl.

(41) *Fumarium tributum*. *Rauchsteuer*. Puto de singulis focis exactum fuisse, in quibus ignis fieret. Omnia hæc sane sunt obscura. Quod ad octavum attinet, sic divino, voluisse eum ut quivis avi sui aut proavi modo censeretur ac tantumdem atque ille solvisset tributi penderet, etiamsi eorum bona inter varios hæredes divisa singulis longe minorem censum reliquissent. Ex historia cerularii, decimam sui auri partem ademptis reliquis domum referente, si cum Zonara conferatur, videbitur aureus vel nomisma aureum decima libræ pars fuisse; quod fuit annotandum. Sed et in Joanne Tzimisca, ubi capnicum ab eo scribitur abolitum, animadvertere licet obolum fuisse argenteum, nomisma aureum. Περισπασμὸν sollicitudinem verti; quod scilicet humanissimus imperator non ignorans curas cum opibus augeri, et locupletes in magna esse sollicitudine, cerularium istum voluerit molestia liberare, privatum tam anxie possidendo auro Xyl.

(42) Τὴν βασιλικὴν κουρατωρείαν non *ærarium* vel *fiscum* quomodolibet, sed *privatum* principis *peculium* ac *dominium* interpretor. Hujus præfectus κουράτωρ, quem Harmenopolus λογοθέτην vocat de quo Agathias l. v; Ἀνατόλιον μόνον φθαρῆναι ξυνέβη, ἄνδρα τῇ τε τῶν ὑπάτων ἀξίᾳ τετιμημένον, καὶ πρός γε τὸ φροντίδα τίθεσθαι καὶ ἐπιμέλειαν τῶν βασιλέως οἴκων τε καὶ κτημάτων ἀρχὴν εἰληχότα. Κουράτωρας δὲ τούτους καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Ac ne ab auctore discedamus: ipse pinguiores agros et uberiores monasteriorum possessiones, τὰ κρείττονα τῶν κτημάτων, in regiam suam *curatorium* et dominium Nicephorum retulisse dilucide narrat. Memorat quoque Theophanes in Justiniano κουράτωρα τῶν κουρατωρείων, et in Mauricio Ἀριστόβουλον κουράτωρα τῶν βασιλικῶν οἴκων. Goar.

(43) Ruit hic simul cum Xylandri versione *duodecim insularum* ficta *civitas* si Δωδεκάνησον *duodecim Cyclades insulas* (quarum una erat præfectura et dispositio) interpreteris quas Strabo quoque duodenario numero comprehendit, quibus et alias accessisse asseverat l. x. Goar.

(44) *Commerciorum vectigalia*, et tributa quævis pro mercium asportatione fisco pendenda. Auctor supra in Irene: Ἀβύδου καὶ τοῦ Ἱεροῦ τὰ κομμέρκια ἐκούφισε. Goar.

